

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Ι Τ Ο Υ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

HERODOTI

HALICARNASSENSIS

HISTORIA.

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII;

TOMIS NOVEM.

COELATUMQUE NOVEM MUSIS OPUS. HOR.

ADJECTUS EST, EX EADEM EDITIONE, LIBER DE  
VITA HOMERI; VULGOSED FALSO, ADSCRIPTUS  
HERODO TO.

TOM. I.

G L A S G U A E:

IN AEDIBUS ACADEMICIS

EX CUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS

ACADEMIAE TYPOGRAPHI

M D C C L X I .





AD UNICUM, PRÆ OMNIBUS, PATRONUM;

NOBILISSIMUM,

J A C O B U M  
COMITEM DE ERROL;

PRISCO, QUIDEM, AVORUM JURE,

MAGNUM SCOTIAE CONSTABULARIUM;

PROPRIA, AUTEM, ANIMI CANDIDISSIMI BENIG-  
NITATE,

ET ARDENTISSIMA IN ALMAM MATREM PIETATE,

ACADEMIAE GLASGUENSIS RECTOREM;

H E R O D O T U S,

CULTU JAM ACADEMICO PRODIENS,

ADVOLAT, SPONTE SUA,

LUBENS LAETUSQUE CLIENS;

MEMOR QUANTIS, OLIM, HABITUS EST IN DELICIIS,

QUAM INTIMA JUCUNDISSIMAE FAMILIARITATIS

CONSUETUDINE,

VIXIT APUD HOSPITEM HUNC ILLUSTRISSIMUM,

TUM QUIDEM AETATIS TENERRIMAE PUEBUM,

LITERARUM GRAECARUM DULCEDINE CAPTUM,

EASQUE, ANTE OMNES LONGE ELEGANTISSIMAS,

ARDORE VEHEMENTI COLERE SOLERTEM;

MEMOR IONICARUM BLANDITIARUM,

UT VALENT ET SIBI PUEROS AD RIPERE,

ET MOLLEM AD VIROS ADITUM INVENIRE;

ACCEDUNT ETIAM,  
ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS,  
TESTANTES SENSUS GRATI ANIMI LAETISSIMOS,  
PROPTER VIRI, VERE NOBILISSIMI,  
OMNIBUS TAMEN, ET NUMERIS OMNIBUS CHARIS-  
SIMI,  
PATROCINIUM HONORATISSIMUM,  
SEMPERQUE HUMANISSIMUM, BENIGNISSIMUM,  
AMICISSIMUM,  
ET SIBI, ET ARTIBUS ILLIS PULCHERRIMIS,  
QUIBUS IN PATRIÄ UBERIUS EXCOLENDIS,  
OMNI INCUMBERE STUDIO CÓNANTUR,  
OMNEM ET OPERAM ET ANIMUM INTENDUNT.

ΤΩΝ ΤΟΥ  
ΗΡΟΔΟΤΟΥ  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ  
ΠΡΩΤΗ,  
ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ  
ΚΛΕΙΩ.

HERODOTI  
HISTORIARUM  
LIBER PRIMUS,  
QUI INSCRIBITUR  
CLIO.

TOM. I.

A

ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΠΡΩΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΚΛΕΙΩ.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ Ἀλγαρινοσῆς ἴσορι-  
ης ἀπόδεξις ἥδε, ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ  
ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἔχειτηλα γένηται, μή-  
τε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωματικά, τὰ μὲν  
Ἐλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα,  
ἀκλεῖ γένηται τὰ τε ἄλλα, καὶ δί τὴν αὐ-  
τίην ἐπολέμησαν ἄλλήλοισι.

α'. Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας  
Φασὶ γενέσθαι τῆς διαφθορῆς αἰτίας. τού-  
τους γὰρ ἀπὸ τῆς Ερυθρῆς καλεομένης  
Σαλάσις ἀπικομένης ἐπὶ τῇδε τὴν Σά-  
λασαν, καὶ οἰκήσαντας τῷτον τὸν χῶρον

H E R O D O T I  
H I S T O R I A R U M  
L I B E R P R I M U S ,  
Q U I I N S C R I B I T U R  
C L I O .

HERODOTI Halicarnassei curae demonstratio haec est: ut neque ea quae facta sunt ab hominibus, tempore exolecant, neque ingentia et admiranda opera vel a Graecis edita vel a barbaris, gloria fraudentur, cum alia, tum vero etiam qua de causa inter se belligeraverint.

I. Persarum quidem igitur docti memorant dissensionis autores extitisse Phoenicias, qui a mari quod rubrum vocatur, in hoc nostrum profecti, et hanc incolentes regionem quam nunc quoque inco-

lunt, longinquis continuo navigationibus incubuerunt : sic deportandis mercibus Aegyptiis et Assyriis cum in alias plagas, tum etiam Argos pervenerunt. Argos vero ea tempestate omnibus civitatibus regionis quae nunc Graecia nominatur, antecellebat. Huc porro appullos Phoenicas mercimonia venum dedit : et quinto sexto quam appulissent die, cunctis fere divenditis, feminas ad mare venisse cum alias multas, tum vero regis filiam, cui nomen esset idem quod Graeci tradunt, Io filiam Inachi. Dumque hae feminae puppi navis assistentes ea mercarentur quae cujusque studium maxime ferebat, Phoenicas se adhortatos in eas impetum fecisse : et ipsarum plerisque aufugientibus, Io cum aliis raptam fuisse : eisque in navem impositis Phoenicas in Aegyptum vela fecisse.

τὸν καὶ νῦν οἰκέσσιν, αὐτίκα ναυλιλίησι μα-  
χρῆσιν ἐπιθέαται. ἀπαγινέοντας δὲ Φορτία  
Αἴγυπτία τε καὶ Ασύρια, τῇ τε ἄλλῃ  
χώρῃ ἐσαπικυέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Αργος.  
Τό δὲ Αργος τῶτον τὸν χρόνον προεῖχεν  
ἄπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένη  
χώρῃ. ἀπικομένος δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ  
τὸ Αργος τῷτο, διατίθεαται τὸν Φόρτον.  
πέμπτη δὲ ἡ ἔκλη ἡμέρη ἀπ' ἣς ἀπίκοντο,  
ἔξεμπολημένων σφι χεδὸν πάντων, ἐλθεῖν  
ἐπὶ τὴν Θάλασσαν γυναικας, ἄλλας τε  
πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τῷ βασιλῆσσος θυγατέρα.  
τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι καλὰ τώντο ὁ καὶ <sup>α</sup>  
Ἐλληνες λέγοσιν, Ιἴν τὴν Ινάχ. ταύ-  
τας γάστας κατὰ πρύμνην τῆς νηὸς, ὠνέ-  
ειδαι τῶν φορίων, τῶν σφίν ἥν θυμὸς μά-  
λιστα καὶ τὸς Φοίνικας διακελευσαμένος ὅρ-  
κῆσαι ἐπ' αὐτάς. τὰς μὲν δὴ πλεῦνας τῶν  
γυναικῶν ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ιἴν σὺν ἄλ-  
λησιν ἀρπαζῆναι. ἐσβαλλομένος δὲ ἐς τὴν  
νέα, οἰχεαται ἀποπλέοντας ἐπ' Αἴγυπτον.

a Editt. τεῦτο τὸ ζ.

β'. Οὕτω μὲν Ιὔνη ἐστι Αἴγυπτον ἀπικέσθαι λέγοσι Πέρσαι, ὃκιν ὡς "Ελληνες· καὶ τῶν ἀδικημάτων τῷτο ἄρξαι πρῶτον. Μετὰ δὲ ταῦτα, 'Ελλήνων τινάς (ἢ γάρ εἴχουσι τοῦνομα ἀπηγόσασθαι) φασὶ τῆς Φαινίκης ἐστι Τύρον προσχάντας, ἀρπάσαι τὴν βασιλῆος τὴν Νιγαλέρα Εὐρώπην. (εἴησαν δι' αὐτοὺς Κρήτες) ταῦτα δὴ ἵστα πρὸς ἵστα σφι ὥν γενέασθαι. μετὰ δὲ ταῦτα, "Ελληνας αὐτίχις τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γάρ μακρῇ νηὶ ἐστι Αἴαν τε τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φάσιν ποταμὸν, ἐνθεῦτεν, διαπρηξαμένος καὶ τἄλλα, τῶν εἶνεκεν ἀπίκαλο<sup>c</sup>, ἀρπάσαι τὴν βασιλῆος τὴν Νιγαλέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ τὸν Κόλχων βασιλῆα ἐστὶ τὴν 'Ελλάδα κήρυκα, αὐτέειν τε δίκας τῆς ἀρπαγῆς, καὶ ἀπειπτέειν τὴν Νιγαλέραν· τὸν δὲ ὑποκρινασθαι ὡς ψόδε ἐκεῖνοι Ιὔνης τῆς Αργείης ἐδοσάν σφι δίκας τῆς ἀρπαγῆς· ψόδε ὧν εὑτοὶ δώσειν ἐκείνοισι.

<sup>b</sup> τὰντα δὴ ἵστα σφι πρὸς ἵστα. <sup>c</sup> ἀπίκαλο

2. Sic quidem Io in Aegyptum pervenisse referunt Persae, non quemadmodum Graeci; et hoc injuriarum principium extitisse. Post haec Graecorum quosdam, quorum nomen non possunt memorare, narrant Tyrum appulso, filiam regis rapiuisse Europam: fuerint autem isti Cretenses. sic illis par pari repersum. Verum postea Graecos secundae injuriae autores extitisse. longa enim nave vectos ad Aeam urbem Colchidis et ad Phasim fluvium, illinc, quum cetera transegissent quorum gratia venerant, rapiuisse filiam regis Medeam; quumque ad poenas de raptu petendas, et filiam reposcendam rex Colchorum caduceatorem misisset, Graecos respondisse, ut illi de raptu Iūs Argivae poenas sibi non dedissent; nec se igitur illis datus.

3. Secunda dehinc aetate, ferunt, Alexander Priami filio, quum ista audisset, voluntatem incessisse uxoris sibi per rapinam e Graecia comparandae, certum habenti omnino se poenas non daturum ; nec enim illos dare. Ita quum is Helenam rapuisset, visum esse Graecis, primum missis nunciis et Helenam repetere, et poenas de raptu poscere ; illos vero quum hi ista denunciavissent, protulisse ipsis raptum Medeae : tanquam qui quum nec poenas dedissent, nec tradidissent quum reposceretur, vellent ab aliis sibi poenas dari.

4. Huc usque igitur inter eos mutuis solis rapinis actum. Ab hoc autem tempore quod accedit ; Graecos omnino praeципue autores extitisse, qui priores in Asiam, quam ipsi in Europam, militatum venire incepissent. Se quidem sentire ini-  
quorum virorum factum esse rapere fe-  
minas : amentium vero, raptis usciscendis

γ'. Δευτέρη δὲ λέγοσι γενεῆ μείλα ταῦτα Αλέξανδρον τὸν Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαι οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος δὶς ἀρπαγῆς γενέσθαι γυνᾶικα, ἐπισάμενον πάντως ὅτι οὐ δώσει δίκας. ὃτε γὰρ ἔκεινος διδόναι. οὕτω δὴ ἀρπάσαντος αὐτῷ Ἑλένην, τοῖσιν "Ἑλλησι δόξαι, πρῶτον πέμφαντας ἀγέλας, ἀπαυτέσσιν τε Ἑλένην, καὶ δίκας τῆς ἀρπαγῆς αὐτέσσιν. τοὺς δὲ, προιχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἀρπαγήν· ὡς ύδοντες αὐτοὶ δίκας, ύδε ἐκδόντες ἀπαυτεόντων, βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι.

δ'. Μέχρι μὲν ὧν τούτου <sup>d</sup>, ἀρπαγὰς μάνας εἶναι παρ' ἄλλήλων· τὸ δὲ ἀπὸ τύτου, "Ἑλληνας δὴ μεγάλως αὐτοὺς γενέσθαι. προτέρους γὰρ ἀρξαι σρατεύεσθαι ἐστὴν Ασίην, ἥ σφέας ἐστὴν Εὐρώπην. τὸ μέν νυν ἀρπάζειν γυνᾶικας, ἀνδρῶν ἀδίκων νομίζειν ἔργον <sup>e</sup> εἶναι· τὸ δὲ ἀρπασθεισέων σπυδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων·

<sup>d</sup> τύτου. <sup>e</sup> ἔργον νομίζειν.

τὸ δὲ μηδεμίνη ὥρην ἔχειν ἀρπασθεῖσέων,  
σκαφρόνων. δῆλα γάρ δὴ ὅτι εἰ μὴ αὗται  
ἴσχλέατο, ὡς ἂν προπάζοντο. σφέας μὲν δὴ  
τοὺς ἐκ τῆς Ασίνης λέγουσι Πέρσαι ἀρπα-  
ζομενέων<sup>1</sup> τῶν γυναικῶν λόγουν ψύδεντα ποι-  
ήσασθαι· "Ελλῆνας δὲ Λακεδαιμονίης εἶνε-  
κεν γυναικὸς σόλον μέγαν συναγεῖραι, καὶ  
ἐπειδὴ ἐλθόντας ἐς τὴν Ασίνην, τὴν Πριά-  
μας δύναμιν κατελεῖν· ἀπὸ τότε αὐτοῦ οὐκέ-  
γίσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσιν εἶναι πο-  
λέμιον. τὴν γὰρ Ασίνην καὶ τὰ ἐνοικέοντα,  
ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν  
δὲ Εύρωπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κε-  
χωρίσθαι.

έ. Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι,  
καὶ διὰ τὴν Ιλίου ἄλωσιν εὑρίσκουσι σφίσιν  
ἔχοντας τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης τῆς ἐς τοὺς  
"Ελλῆνας. περὶ δὲ τῆς Ιτίς ὡς ὁμολογέατοι  
Πέρσησι οὕτως<sup>2</sup> Φοίνικες. ὃ γάρ ἀρπαγῇ  
σφέας χρήσαμένες λέγουσι<sup>3</sup> ἀγαγεῖν αὐ-  
τὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ Αργει<sup>4</sup>  
εἰ μάρτιον. <sup>5</sup> ἀπὸ τέττη τ' ἡμέρας. <sup>6</sup> Πέρσησι οὕτω. <sup>7</sup> λίγων.

operam dare: prudentium autem, nulla cura prosequi raptas; manifestum enim esse, si illae non voluissent, nequaquam futurum fuisse, ut raperentur. Se quidem omnino ex Asia seminarum raptarum Persae negant ullam habuisse rationem: Graecos autem Lacedaemoniae mulieris gratia ingentem collegisse classem, et mox in Asiam profectos, imperium Priami extitisse: ex eo tempore semper existimasse sibi hostes esse Graecos. Siquidem Asiam et barbaras gentes quae incolunt, Persae sibi junctas tenent, Europam vero et Graecos putant seductos.

5. Hunc in modum Persae memorant accidisse, et Ilii excidium sibi hostiliſ irae in Graecos extitisse principium compriunt. Cum quibus non consentiunt de Io Phoenices, quam negant se in Aegyptum duxisse raptu usos, sed eam apud Argos cum nauclero navis rem habuisse: et

quum se gravidam esse comperisset, veritatem parentes, sic volentem ipsam cum Phoenicibus enavigasse, ne detegeretur. Et haec quidem Persae Phoenicesque referunt: ego vero, utrum ista sic gesta sint, an aliter, non pluribus persequar. Ceterum quem ipse novi primum coepisse inferre Graecis injuriam, hunc ubi indica vero, sermone ulterius progrediar, tam parvas urbes civitatesque commemorando quam magnas. Nam quae olim magnae erant, earum permultae factae sunt parvae: rursus, quae mea memoria magnae erant, prius fuerant parvae. Igitur quum sciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore persistare, utrarumque mentionem habebo.

6. CROESUS genere quidem fuit Lydus, filius autem Alyattis: tyrannus vero nationum quae intra Halym amnem sunt. Hic a meridie Syros ac Paphlagonas in-

μίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς ιηὸς. ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐώσα, αἰδεομένη τὸς τοκέας, ὃτω δὴ ἐθελούσῃ αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συ-  
εκπλῶσαι, ὡς ἀν μὴ κατάδηλος γένηται.  
ταῦτα μέν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέ-  
γοσι<sup>a</sup>. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχο-  
μαι ἔρέων ὡς οὗτως ή ἄλλως καὶ ταῦτα  
ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρ-  
ξανταί αὐτίκων ἔργων ἐσ τοὺς Ἑλλήνας, τῷ-  
τον σημήνας, προβήσομαι ἐσ τὸ πρόσω τῷ  
λόγῳ, ὅμοιώς μικρὰ καὶ μεγάλα ἀσεα αὐ-  
θρώπων ἐπεξιών. τὰ γὰρ τοπάλαι μεγά-  
λα ἦν, τὰ πολλὰ αὐτῶν σμικρὰ γέγονε·  
τὰ δὲ ἐπ' ἔμεν ἦν μεγάλα, πρότερον ἦν  
σμικρά. τὴν αὐθρώπηιν ὥν ἐπισάμενος εὐ-  
δαιμονίην ψδαμᾶ ἐν τῷ τῷ μένουσαν, ἐπι-  
μήσομαι ἀμφοτέρων ὅμοιώς.

ς'. ΚΡΟΙΣΟΣ ἦν Λυδὸς μὲν γέ-  
κος<sup>b</sup>, παῖς δὲ Αλυάτλεω· τύραννος δὲ ἐθ-  
έων τῶν ἐντὸς Ἀλυσι ποταμοῦ, ὃς ὢρων  
ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Σύρων καὶ Πα-

<sup>a</sup> λίγωσιν. <sup>b</sup> μὲν τὸ γένος.

φλαγόνων, ἐξίει πρὸς βορᾶν ἄνεμον ἐς τὸν  
Εὐξείνον καλέομενον πόντον. οὗτος ὁ Κροῖ-  
σος, Βαρβάρων πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν,  
τὸς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς Φόρου  
ἀπαγωγὴν, τὸς δὲ φίλων προσεποιήσατο.  
κατεστρέψατο μὲν Ιωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ  
Δωριέας τὸς ἐν τῇ Αστη· φίλων δὲ προσε-  
ποιήσατο Δακεδαιμονίας. πρὸ δὲ τῆς Κρο-  
ΐσας αρχῆς πάντες Ἑλλῆνες ἤσαν ἐλεύθεροι.  
τὸ γὰρ Κιμμερίων σράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν  
Ιωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐδὲ πρεσβύτε-  
ρον, οὐ κατασροφὴ ἐγένετο τῶν πολίων,  
ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἀρπαγῆ.

ζ. Ἡ δὲ ἱγεμονίη ὅτῳ περιῆλθεν, ἐγ-  
σα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροΐσα,  
καλεομένυς δὲ Μερμνόδης. ἦν Κανδαύλης,  
τὸν οἱ Ἑλλῆνες Μυρσίλων ὄνομαζουσις<sup>c</sup>,  
τύραννος Σαρδίσαν, ἀπόγονος δὲ Αλκαίς τῷ  
Ἡρακλέος. Αγύρων<sup>d</sup> μὲν γὰρ ὁ Νίνης, τῷ  
Βίλης, τῷ Αλκαίῃ, πρῶτος Ἡρακλειδέων,  
βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίσαν. Κανδαύλης δὲ

<sup>c</sup> καλίνος. <sup>d</sup> Αργαρ.

terfluens, versus ventum aquilonem, in pontum quem vocant Euxinum exit. Iste Croesus, e barbaris quos novimus, primus alios Graecorum ad tributum pendum adegit, alios sibi amicos conciliavit. Subegit quidem Ionas, Aeolenses et qui sunt in Asia Dorientes: amicos autem fecerit Lacedaemonios, quoniam ante ejus imperium universi Graeci liberi fuissent. Nam Cimmeriorum adversus Ioniam expeditio, vetustior illa Croesii, non urbes expugnavit, sed per incursionem egit praedas.

7. Ceterum principatus quum esset Heraclidarum, ad genus Croesii, qui vocabantur Mermnadas, sic pervenit: CANDAULES, is quem Graeci Myrsilum nominant, Sardium factus tyranus, ab Alcaeo Herculis filio oriundus. Si quidem Heraclidarum primus, Sardium rex exiit Agen, Nini filius, Belli nepos, Alcaci pro-

nepos; novissimus, Candaules Myrsi filius: quum ante Agronem qui in ea regione regnaverant, fuissent oriundi a Lydo Atyis filio, a quo totus is populus cognominatus est Lydius, quum Meon antea vocaretur. Ab his praefecti Heraclidae, imperium ex oraculo adepti sunt, Jardani ancilla et Hercule geniti: idque per quingentos et quinque annos, duas et viginti virorum aetates, tenuerunt, filius patri deinceps succedens, usque ad Candaulem Myrsi filium.

8. Hic igitur Candaules uxoris suae amore tenebatur, eamque deperiens arbitrabatur sibi uxorem omnium esse pulcherrimam. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem, Dascyli filium, ex satellitibus suis (erat enim is maxime ipsi acceptus, eoque in rebus magis arduis utebatur Candaules) formam quoque uxoris supra modum extollebat. Ad quem non

ὁ Μύρσης, ὑπατος. οἱ δὲ πρότερον Αγρωτος ε βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδῶν τῆς Ατυος· ἀπό τευ  
ο δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς ἄτος, πρότερον Μήων καλεόμενος. παρὰ τύτων Ἡρα-  
κλεῖδαι ἐπιτραφθέντες, ἔχον τὴν ἀρχὴν  
ἐκ Θεοπροπίας, ἐκ δύλης τε τῆς Ιαρδάνου  
γεγονότες καὶ Ἡρακλέος ἀρξαντες μὲν ἐπὶ<sup>f</sup>  
δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέν-  
τε τε καὶ πεντακόσια, πᾶς παρὰ πατρὸς  
ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Κανδαύλεω  
τῆς Μύρσης.

η'. Οὗτος δὴ ὧν ὁ Κανδαύλης ἡράσθη  
τῆς ἑωὕτης γυναικός. ἐρασθεὶς δὲ, ἐνόμιζε  
οἱ εἶναι γυναικα πολλὸν πασέων καλλί-  
σην. ὡς τε δὲ ταῦτα νομίζων. ἦν γάρ οἱ  
τῶν αὐχμοφόρων Γύγης ὁ Δασκύλου ἀρε-  
σκόμενος μάλιστα· τύτῳ τῷ Γύγῃ καὶ τὰ  
σπεδαμέσερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθειο  
ὁ Κανδαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναι-  
κὸς ὑπερεπανέων. χρόνος δὲ τολλῆς δι-

\* Αργανος. Ε τύτων δὲ Ἡρακλεῖδαι. Ε ἀρξαντες ἐπὶ δύο γ.

ελθόντος (χρῆν γάρ Κανδαύλη γένεσθαι  
κακῶς) ἐλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε· ‘Γύ-  
· γη, ό γάρ σε δοκέω πείθεσθαι μοι λέγοντε  
· περὶ τῆς εἰδεος τῆς γυναικός. (ἄτα γάρ  
· τυγχάνει ἀνθρώποισι ἔοντα ἀπιστότερος  
· ὄφθαλμῶν) ποίεε ὅκως ἔκεινην θεήσεας  
· γυμνήν.’ ὁ δὲ ἀμεώσας <sup>a</sup>, εἶπε, ‘ Δέ-  
· σποῦδα, τίνα λέγεις λόγον όκην γυνέα, κε-  
· λεύων με δέσποων τὴν ἐμὴν θεήσασθας  
· γυμνήν; ἂμα δὲ κιθῶντι ἐκδυομένῳ συν-  
· εκδύεισι καὶ τὴν αὐδῶν γυνή. πάλαι δὲ τὰ  
· καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μαν-  
· θάνειν δεῖ. ἐν τοῖσιν ἐν τόδε ἐσὶ, σκο-  
· πέειν τινὰ <sup>b</sup> τὰ ἐωὕτου.. ἐγὼ δὲ πεί-  
· θομαὶ ἔκεινην εἴναι πασέων γυναικῶν  
· καλλίσην. καὶ σέο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀ-  
· νόμων.’

Δ'. ‘Ο μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπε-  
μάχειο, ἀγριώδεων μή τι οἱ ἐξ αὐτέων γέ-  
νηται κακόν. ὁ δὲ ἀμείβειος τοιάδε, ‘Θάρ-  
· σει Γύγη· καὶ μὴ φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ως  
<sup>a</sup> ὃ δὲ μίγα ἀμεώσας. <sup>b</sup> τινὰ σκοπιάνν. <sup>c</sup> ἀμείβειο.

multo interjecto tempore (necessitate namque erat ei male evenire) inquit his verbis, ‘Gyges, non enim opinor te mihi fidem habere referenti de conjugis formam: (quod magis incredulae sunt hominibus aures quam oculi) fac illam conspicias nudam.’ Hic autem exclamans, ‘Quemnam, inquit, here, sermonem profers haudquaquam sanum, qui me jubes inspicere heram meam nudam? Mulier exutâ tunicâ et verecundiam pariter exuit. Jam olim hominibus sunt honesta excogitata, unde disce-re debemus: in quibus hoc unum est, sua quemque inspicere debere. Ego vero tibi fidem habeo, illam esse feminarum omnium speciosissimam, teque orone me ores illicita.’

9. Atque haec dicendo Gyges repugnabat, pertinacens nequid sibi ex his mali contingere. Cui vicissim ille his ver-

bis, ‘ Fidens, inquit, esto Gyges: neque  
‘ time aut me, quasi utar hoc sermone  
‘ tentaturo te; aut uxorem meam, nequid  
‘ tibi ex ea detrimenti creetur. Omnino  
‘ enim sic ego machinabor, ut illa ne de-  
‘ prehendere quidem possit se conspectam  
‘ abs te. Te namque secundum apertam  
‘ januam cubiculi in quo cubamus, collo-  
‘ cabo. Ubi ego fuero ingressus, aderit et  
‘ uxor mea in cubiculum: juxta cuius in-  
‘ troitum sella posita est, super quam ve-  
‘ stes illa, ut quamque exuit, reponet, se-  
‘ se per multum otium spectandam pree-  
‘ bens: quae quum a sella in lectum ibit,  
‘ et a tergo ejus eris, curae tibi sit dein-  
‘ eeps, ne per fores abeuntem conficiat.’

10. Gyges igitur, ubi effugere non  
potuit, fuit paratus: quem Candaules,  
posteaquam tempus cubandi videbatur ad-  
esse, in cubiculum duxit; statimque post

σέο πειρώμενον λέγω λόγου δ τόνδε· μή·  
 τε γυναικα τὴν ἐμὴν, μή τι τοι ἔξ αὐ-  
 τῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γάρ ἔγω  
 μηχανήσομαι οὕτω ὥστε ε μηδὲ μαθεῖν  
 μιν ἀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ. ἔγω γάρ σε εἰς τὸ  
 οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμενα, ὅπισθε τῆς  
 ἀνογομένης Θύρης θήσω. μετὰ δι' ἐκείνης  
 ἐσελθόντα, παρέσαι καὶ οὐ γυνὴ οὐ ἐμὴ εἰς  
 κοῖτον δ. κεῖται δὲ ἀλλὰ τῆς ἐσόδου θρό-  
 νος. ἐπὶ τῶν τῶν ιματίων κατὰ ἐν ε-  
 καστον ἐκδύγουσα θήσει, καὶ κατ' ησυ-  
 χίην πολλὴν παρέχει τοι θεήσασθαι.  
 ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τῆς θρόνου σίχης ἐπὶ τὴν  
 εὐνὴν, κατὰ ιώτου τε αὐτῆς γένη, σοὶ  
 μελέτω τὸ ἐνθεῦτεν ὄχως μὴ ἐσόφεται  
 ιόντα διὰ θυρέων h.

1. Ο μὲν δὴ, ὡς ὡκηδύνατο διαφυγέειν,  
 ἦν ἔτοιμος. ὁ δὲ Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεει  
 ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, πήγαγε τὸν Γύγεα  
 εἰς τὸ οἴκημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα

<sup>a</sup> πειρώμενον λόγου. <sup>c</sup> οὗτος ὅστε. <sup>f</sup> κοιτᾶν. <sup>g</sup> σείχη. <sup>h</sup> καὶ  
 εἰσέρεται ιόντα διὰ τῶν θυρέων. οὐδόκεεν.

παρῆν καὶ ἡ γυνὴ. ἐσελθώσαν δὲ καὶ τίθει-  
σαν τὰ εἴματα ἐθηῆτο <sup>α</sup> ὁ Γύγης. ὡς δὲ  
καὶ νάτυρα ἐγένετο, οὐσης τῆς γυναικὸς ἐς  
τὴν κοίτην, ὑπεκδὺς ἐχώρεεν ἔξω. καὶ ἡ  
γυνὴ ἐπορᾶ <sup>β</sup> μιν ἔξιόντα. μαθοῦσα δὲ τὸ  
ποιηθὲν ἐκ τῆς ἀνδρὸς, ὅτε ἀνέβωσεν αὐχυν-  
θεῖσα, οὕτε ἐδοξε μαθεῖν <sup>γ</sup>, ἐν νῷ ἐχου-  
σα τίσεσθαι <sup>δ</sup> τὸν Κανδαύλεα. παρὰ γὰρ  
τοῖσι Λυδῶσι, χεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλ-  
λοισι Βαρβάροισι, καὶ ἀνδρα ὄφθηνται γυμνὸν,  
ἐς αὐχύνην <sup>ε</sup> μεγάλην Φέρει.

ια'. Τότε μὲν δὴ οὕτως, ύδεν δηλώσα-  
σα, ἥσυχίην εἶχεν. ὡς δὲ ἡμέρη τάχισα  
ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τὸς μάλιστα ὥρα <sup>γ</sup>  
πιςτὸς ἔοντας ἐωütῆ, ἐτοίμους ποιησαρένη,  
ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, ύδεν δοκέων αὐ-  
τὴν τῶν πρηγθέντων ἐπιζαοθαί, ἥλθε κα-  
λεόμενος. ἐώθεε γὰρ καὶ πρόστεν, ὥκως ἡ  
Βασιλεία καλέοι, Φοιτᾶν. ὡς δὲ ὁ Γύγης  
ἀπίκειο, ἐλεγεν ἡ γυνὴ τάδε, « Νῦν τοὶ

<sup>α</sup> ἐθηῆτο. <sup>β</sup> ὥρᾶ. <sup>γ</sup> μαθεῖν. <sup>δ</sup> τίσεσθαι. <sup>ε</sup> γυμνὸν, αἰσχύνην.  
<sup>γ</sup> μάλιστα ἴψα.

et uxor adfuit. ingressam ac vestimenta ponentem Gyges intuitus, ubi averfa fuit illa in lectum vadens, ipse prorepens foras abiit: et interea exiens a muliere conspectus est. Haec ut didicit a viro actum, neque exclamavit prae pudore, neque visa est percepisse, habens in animo Candaulem ulcisci. Apud Lydos enim, et fere apud ceteros quoque barbaros, etiam virum confpici nudum magno probro est.

11. Ita quidem tunc nihil aperiens, silentium tenuit: mox autem simulac dies illuxit, quos servorum maxime sibi fideles intelligebat esse, quum praeparasset, Gygem arcessit. Hic verò eam nihil suspicans scire eorum quae acta erant, arcessitus venit: quippe et antea solitus quoties vocaret regina accedere. Ut venit, his verbis mulier inquit; ‘ Nunc duabus tibi

‘ praeſentibus viis, Gyges, concedo elec-  
‘ tionem, in utram velis vertere. Aut e-  
‘ nim me pariter ac regnum Lydorum  
‘ habe, ubi Candaulem interfeceris, aut  
‘ teipſum continuo occumbere ſic opor-  
‘ tet; ne omnia Candauli obſequens, poſt-  
‘ hac videas quae te non decet. ſed aut  
‘ illum qui iſta consuluit, interire opus eſt;  
‘ aut te, qui nudam me eſt conſpicatus, et  
‘ illicita fecisti.’ Ad haec verba Gyges  
primum obſtupefactus, poſtea obſecrare  
illam, ne ſe neceſſitati illigaret dijudican-  
dae talis electionis. Ubi non perſuadet,  
ſed utique propositam neceſſitatē cer-  
nit aut perdendi herum, aut per alios pe-  
reundi, elegit ut ipſe ſupererſet: atque  
ita percontans illam, inquit, ‘ Quando-  
‘ quidem me adigis invitum ad herum me-  
‘ um occidendum, age, audiam quo etiam  
‘ pacto illum adoriemur.’ Excipiens illa,

ὃνδοιν ὃνδοιν παρευσέων, Γύη, δίδωμι αἵ-  
 ρεσιν, ὅκοτέρην βάλεαι τραπέσθαι. ἦ γὰρ  
 Κανδαύλεα ἀποκλείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν  
 βασιληΐην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἥ αὐτόν σε  
 αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν <sup>α</sup> δεῖ. ὡς ἂν  
 μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλη, τῷ λοι-  
 πῷ ἴδης τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἥτοι κεῖνόν  
 γε τὸν ταῦτα βαλεύσαντα δεῖ <sup>β</sup> ἀπόλ-  
 λυσθαι, ἥ σε τὸν ἐμὲ γυμνὴν θητάμε-  
 νον, καὶ ποιήσαντα <sup>γ</sup> νομιζόμενα. ὁ δὲ Γύ-  
 ης τέως μὲν ἀπεθώμαζε <sup>γ</sup> τὰ λεγόμενα.  
 μετὰ δὲ, ἵκετευε μή μιν ἀναγκάη ἐνδεῖν  
 διαχρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν. Ξκων δὴ ἐπει-  
 θεν, ἀλλ' ὥρα <sup>δ</sup> ἀναγκάην ἀληθέως προ-  
 κειμένην, ἥ τὸν δεσπότεα ἀπολλῦναι <sup>ε</sup>,  
 ἥ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυσθαι, αἱρέειται  
 αὐτὸς περιεῖναι. ἐπειρώτα <sup>ε</sup> δὴ λέγων  
 τάδε, ‘Επεί με ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν  
 ἐμὸν κλείνειν, <sup>γ</sup>καὶ ἐθέλοντα, Φέρε ἀκούσω  
 τέω καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσωμεν αὐτῷ.’ ἥ

<sup>α</sup> ὅτις ἀποθνήσκειν. <sup>β</sup> βαλευσάμενον δῆ. <sup>γ</sup> ἀπεθώμαζε. <sup>δ</sup> ἀλλ' ἕρη. <sup>ε</sup> ἀποκλεῖναι. <sup>ε</sup> εἰπεῖται.

δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη, « Εκ τοῦ αὐτοῦ μὲν  
« χωρίς ή δρμὴ ἔσαι, ὅθενπερ καὶ ἐκεῖνος  
« ἐμὲ ἐπεδέξατο γυμνήν. ὑπιωμένῳ δὲ η  
« ἐπιχείρησις ἔσαι. »

β'. 'Ως δὲ ἥρτυσαν τὴν ἐπιβλήν, νυ-  
κῆλος γινομένης, (ἢ γάρ ἐμετίειο <sup>a</sup> ὁ Γύγης,  
ἢ δέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίη, ἀλλὰ ἐδεεὶς  
αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἡ Κανδαύλεα) εἴπειο  
ἔς τὸν Νάλαμον τῇ γυναικὶ. καί μιν ἐ-  
κείνη, ἐγχειρίδιον δύσα, παταχρύπτει ὑπὸ<sup>b</sup>  
τὴν αὐτὴν Νύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀν-  
παυρμένης Κανδαύλεω, ὑπεισδύστε καὶ ἀ-  
ποκλείνας αὐτὸν, ἔχει καὶ τὴν γυναικα καὶ  
τὴν βασιληίην Γύγης· τᾶς καὶ Αρχίλοχος  
ὁ Πάριος, καλὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμε-  
νος, ἐν ιάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήση.

γ'. Ερχετε δὲ τὴν βασιληίην, καὶ ἐκρα-  
τύνθη ἐκ τᾶς ἐν Δελφῶσι χρητηρίων. ὡς γάρ  
δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐπακεῦντο τὸ Κανδαύλεω  
πάθος, καὶ ἐν ὅπλαισι ἤσαν <sup>b</sup>, συνέβησαν ἐς  
τῷϋτὸ οἵ τε τᾶς Γύγεω σασιῶται <sup>c</sup> καὶ οἱ

<sup>a</sup> γάρ μετίειο. <sup>b</sup> ἵνοκλοις ἤσαν. <sup>c</sup> σρατιῶται.

'Ex eodem quidem, inquit, loco ador-  
'endus erit, unde et ille me nudam o-  
'stendit: in sopitum autem impetus da-  
'bitur.'

12. Posteaquam igitur insidias instru-  
xerunt, et nox advenit, (non enim dimit-  
tebatur Gyges, neque illi ulla devitandi  
facultas erat, sed necesse perire aut ipsum,  
aut Candaulem) mulierem in thalamum  
sequitur, quem illa, dato pugione, subter  
eisdem fores occulit: unde postmodum  
procedens, quiescentem Candaulem ob-  
truncat, uxoreque et regno potitus est  
Gyges. Cujus et Archilochus Parius, qui  
per idem tempus fuit, in iambo trimetro  
meminit.

13. Obtinuit autem regnum Gyges  
et in eo fuit confirmatus ab Delphico o-  
raculo. nam quum Lydi indigno animo  
ferrent Candaulis casum, atque in armis  
essent, convenit inter hos ac factionem

Gygianam, ut, si oraculum respondisset hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret: sin minus, principatum Heraclidis restitueret. Accepto igitur oraculo Gyges ita regnavit. Attamen tantum dixit Pythia, Heraclidis ultionem in abnepotem Gygis esse venturam. quod vaticinium neque Lydi neque ipsorum reges ullius momenti fecerunt, priusquam exitu comprobatum est.

I 4. Hunc in modum obtinuere tyrannidem Mermnadae, fraudatis ea Heraclidis. Gyges, tyrannidem nactus, Delphos donaria misit non pauca; sed quamplurima ex argento donata sunt ab illo Delphis. Et praeter argentum, immensam vim auri dedicavit: posuitque cum alia, tum vero, quod praeципue mentione dignum est, crateras aureos, numero sex, pondo triginta talentorum: qui in Corin-

λοιποὶ Λυδοὶ, ἦν μὲν τὸ <sup>δ</sup> χρηστήριον ἀνέλη μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν <sup>ε</sup>, τόφε βασιλεύειν. ἦν δὲ μὴ, ἀποδῆναι ὅπίσων Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. ἀνεῖλέ τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. τοσοῦτοι μέντοι εἶπεν ἡ Πιθίη, ὡς Ἡρακλείδησι τίσις ἥξει ἐσ τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τάχτα τῷ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη.

ἰδ. Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτως ἔχον οἱ Μερμνάδαι, τὸς Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψεν ἀναθήματα ἐσ Δελφοὺς οὐκ ὅλιγα. ἀλλ’ οσα μὲν ἀργύρις ἀναθήματά ἦσιν οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι πάρεξ δὲ τῷ ἀργύρῳ, χρυσὸν ἀπλετον ἀνέθηκεν, ἄλλου τε, καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἀξιον ἔχειν ἐσὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἔξ χρύσεοι ἀνακέαλαι. ἐσᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων Θησαυρῷ, σαθμὸν ἔχοντες τριήκοντα τάλαντα. ἀληθέϊ δὲ λό-

<sup>δ</sup> μὲν δὴ τὸ. <sup>ε</sup> ἔπαι τὸν Λυδῶν.

γω χρεομένω, οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου εἶσιν ὁ Θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλου τῆς Ηετίωνος. οὗτος δὲ ὁ σ Γύγης, πρῶτος βαρ-  
σάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφὸς ἀνέθη-  
κεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω,  
Φρυγίης <sup>h</sup> βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ  
Μίδης τὸν βασιλῆϊον θρόνον, ἐς τὸν προ-  
χατίζων ἐδίκαζεν, ἐόντα αἰξιοθέητον. κεῖται  
δὲ ὁ θρόνος οὗτος ἐνθάπερ οἱ τοῦ Γύγεω  
χρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος  
τὸν σ Γύγης ἀνέθηκεν, ὑπὸ Δελφῶν καλέ-  
εται Γυγάδας ἐπὶ τῆς ἀναθέντος ἐπωνυμί-  
ην <sup>i</sup>. ἐσέβαλε μέν νυν σρατίην καὶ οὗτος <sup>k</sup>,  
ἐπει τε ἥρξεν, ἐς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρ-  
νην, καὶ Κολοφῶνος τὸ ἄσυ εἶλεν. ἀλλ' γ-  
δὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ' αὐτῷ ἄλλο ἐγέ-  
νετο, βασιλεύσαντος διῶν δέοντα τεογερά-  
κοντα <sup>l</sup> ἐτεα. τοῦτο μὲν παρήσθη, το-  
σαῦτα ἐπιμνησθέντες.

ΙΕ'. Αρδιος δὲ τῆς Γύγεω μετὰ Γύγη  
γ δίκη. <sup>g</sup> οὗτος δὲ δ. <sup>h</sup> τὸν Φρυγίης. <sup>i</sup> ἐπωνυμίη. <sup>k</sup> καὶ οὗτος  
σρατίην. <sup>l</sup> τισσαράκοντα.

thiorum thesauro collocati sunt. licet is  
thesaurus, si vera loquar, non Corinthio-  
rum publici sit, sed Cypseli Eetionis filii.  
Hic vero Gyges, barbarorum quos ipsi  
nominamus primus, munera apud Delphos  
posuit, secundum Midam Gordii filium,  
Phrygiae regem. Nam et Midas dedica-  
vit regiam sellam, in qua praesidens jus  
dicebat, spectatu dignam: sella autem ista  
codem, quo Gygae crateres, loco posita.  
Auri sane ille et argenti, quod Gyges po-  
suit, cumulus vocatur a Delphis Gyga-  
das, cognomine ejus qui donavit. Et hic  
igitur postquam imperio potitus est, arma  
intulit Mileto et Smyrnae, urbemque Co-  
lophonem cepit. Nec aliud ullum mag-  
num facinus ab eogestum est, quum duo-  
dequadraginta annos regnaverit. Hunc  
quidem nos, his duntaxat de eo memo-  
ratis, missum faciemus.

15. ARDYIS autem ejus filii faciam

mentionem, qui post Gygem regnavit. Hic Prienenses expugnavit, et Miletum invasit: quo Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerii a Scythis Nomadibus ejecti e sedibus, in Asiam transierunt, Sardisque praeter arcem ceperunt.

16. Quum autem undequinquaginta regnasset annos, successit **S A D Y A T T E S** Ardyis filius, regnavitque annis duodecim. Sadyattae successit **A L Y A T T E S**, qui et cum Cyaxare Deiocis nepote bellavit ac Medis, et Cimmerios exegit ex Asia, Smyrnam etiam a Colophone conditam cepit, et Clazomenas invasit. Unde non prout volebat discessit, sed vehementer offendens. Alia quoque opera, dum regnum tenuit, dignissima memoratu edidit, quae haec sunt.

17. Bello quod gessit cum Milesiis a patre traditum, hac ratione Miletum illic progressus obsidebat: Dum fruges in

βασιλεύσαντος μημην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε εἶλεν, ἐς Μίλητόν τε ἐσέβαλεν. ἐπὶ τότε τε τυραννεύοντος Σαρδίων, Κιμμέριοι ἔξ ηθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων ἔζανασάντες, ἀπικέαλο ἐς τὴν Ασίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἶλον.

15'. Αρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἐνὸς δέοντα πεντήκοντα ἔτεα, ἔξεδεξαλο Σαδυάτης ὁ Αρδυος, καὶ ἔβασιλευσεν ἔτεα δυώδεκα. Σαδυάτηεω δὲ, Αλυάτης. οὗτος δὲ Κυαξάρη τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε, καὶ Μήδοισι· Κιμμερίας τε ἐκ τῆς Ασίης ἔξήλασε· Σμύρνη τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος <sup>α</sup> κήισθεῖσαν εἶλεν, ἐς Κλαζομενάς τε ἐσέβαλεν. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἦθελεν ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδεξαλο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε·

16'. Επολέμησε Μίλησίοισι, παραδεξάμενος τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γάρ ἐπολιόρκεε <sup>β</sup> τὴν Μίλητον

<sup>α</sup> ὑπὸ Κολοφῶνος. <sup>β</sup> ἐπολιόρκεσε.

τρόπῳ τοιώδε: ὅκως μὲν εἴη ἐκ τῆς γῆς καὶ  
πὸς αὐτὸς τρυχαῖται ἐσβάλλει τὴν σφα-  
τήν. ἐξρατεύεται δὲ ὑπὸ σκρίγγων τε καὶ  
πηκθίων, καὶ αὐλῷ γυναικείς τε καὶ αὐ-  
δρείου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκαιτο,  
οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν αὐγμῶν. οὔτε κατέ-  
βαλλει, οὔτε ἐκεπίμπει, οὔτε Νύρας ἀπέ-  
σπει<sup>c</sup>, εἰς δὲ κατὰ χώραν ἀσάναι<sup>d</sup>. ὁ δὲ  
τά τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐκ τῆς γῆς  
ὅκως διαφθείρειν, ἀπαλλάσσετο ὅπισσον.  
τῆς καὶ Ναλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἔπειχράν-  
τεοι, ὡς τε ἐπ' ἕδρης μὴ εἴησι ἔργον τῆς  
σραζῆ. τὰς δὲ οἰκίας κατέβαλλεν ὁ Λυ-  
δὸς, τῶνδε εἶνεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεκ ὄρ-  
μώμενοι<sup>e</sup> τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἔργα<sup>f</sup>  
ἀθαί οἱ Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἔργων  
ζομένων, ἔχοι τὶ καὶ σίνεαται ἐσβάλλων.

ιη'. Ταῦτα ποιέων, ἔπολέμεε ἔτεα ἔκ-  
δεκα. ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια  
Μιλησίων ἔγενετο, ἐν τε ἐν Λυκεικίᾳ<sup>g</sup> χώ-  
ρης τῆς σφειέρης μαχεσαμένων, καὶ ἐν Μαρ-  
<sup>c</sup> καλίστα. <sup>d</sup>ισάκηνα. <sup>e</sup>όρμωμενοι. <sup>f</sup>ητι Δημητρί.

regione erant copiosae, tunc exercitum immittebat, faciens expeditionem ad can-  
tum fistularum, fidiumque, ac tibiae tam  
muliébris quam virilis. Quumque in a-  
grum Milesium pervenerat, non aedificia  
quae in agris erant, diruere, non incen-  
dere, non fores effringere, sed incolumes  
esse passim sinere: arboribus modo fruc-  
tibusque regionis pervastatis, retro se re-  
cipiebat. Nam Milesii mare obtinebant,  
ut opus non esset exercitui illic considere.  
Aedificia autem Lydus non evertebat id-  
circo, ut et Milesii possent inde progressi  
humum ferere colereque: et quum hoc  
illi fecissent, ipse invadens haberet aliquid  
quod popularetur.

I 8. Haec faciens, undecim bellavit  
annis: per quos duo ingentia vulnera ac-  
cepere Milesii: unum, in Limeneio (quod  
est ipsorum regionis) pugna commissa, al-

terum in campo Maeandri. Horum undecim annorum sex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Milesiam tunc invasit, et idem bellum conflavit: quinque reliquis ejus filius Alyattes, bellum quod a patre acceperat, ut a me superius commemoratum est, intentius administravit: in quo bello Milesios nulli Ionum sublevaverunt, praeter Chios solos; reddentes ita vicem quod antea Milesii Chiis bello contra Erythracos auxilia tulissent.

19. Duodecimo autem anno incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri contigit: Segetes ut celerime conceperunt ignem valido urgente vento, is corripuit Minervae templum, cognomine Assesiae, quo incendio id deflagravit. Neque ullius momenti ea res tunc habita est: sed quum

άνδρας πεδίω. τὰ μέν νυν ἔξ ἔτεα τῶν ἔνδεκα Σαδυάτης ὁ Αρδυος ἔτι Λυδῶν ἦρχε, ὁ καὶ ἐσβαλὼν τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὴν σρατίην· (Σαδυάτης ὁ τοσ γάρ εἰς ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας) τὰ δὲ πέντε τῶν ἔτέων τὰ ἐπόμενα τοῖσιν ἔξ Αλυάτης ὁ Σαδυάτης ἐπολέμεε, ὃς παραδεξάμενος (ὡς καὶ πρότερον μοι δεδήλωται) παρὰ τῷ πατρὸς τὸν πόλεμον, προσεῖχε ἐντελαμένως. τοῖσι δὲ Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ιώνων τὸν πόλεμον τῷτον συνεπελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μῆνοι. Ὅτοι δὲ τὸ ὄμοιον ἀναποδιδόντες ἔτιμώρεον· καὶ γάρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πρὸς Ερυθραίς πόλεμον συνδιήνεκαν.

10'. Τῷ δὲ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ ληίς ἐμπι-  
πραμένς ὑπὸ τῆς σρατίης, συνηνείχθη τὶ  
τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα· ὡς ἄφθη τάχι-  
σα τὸ ληίον ἀνέμω βιώμενον, ἄψαλο νηοῦ  
Αθηναίης, ἐπίκλησιν Ασησίης. ἀφθείσ δὲ  
ὁ νηὸς κατεκαύθη· καὶ τοπαραυτίκα μὲν

<sup>εἰς</sup> γάρ <sup>τος.</sup>

λόγος ὃδεis ἐγένετο, μετὰ δὲ, τῆς σρατῖς  
ἀπικομένης ἀς Σάρδις, ἐνόσησεν ὁ Αλυάτ-  
της. μαχροτέρης δέ οἱ γενομένης τῆς νύσσης,  
πέμπεται ἐς Δελφὸς Θεοπρόπους, εἴ τε δὴ  
συμβολεύσαντὸς τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε  
πέμψαντα τὸν Θεὸν ἐπείρεσθαι περὶ τῆς  
νούσου. τοῦτο δὲ ή Πυθίη ἀπικομένης ἐς  
Δελφὸς οὐκ ἔφη χρήσεων, πρὶν η τὸν εἷλον  
τῆς Αθηναίης ἀνορθώσασι <sup>b</sup>, τὰς ἐνέπροσται  
χώρης τῆς Μιλήσιας ἐκ Αστηρῶ.

κ'. Διλφῶν οἶδε. ἐγὼ γὰρ ἔτῳ αἰώνας γε-  
νέσθαι. Μιλήσιοι δὲ τάδε προσθεῖσι τοῖ-  
ποι, Περίσανδρον τὸν Καυέλου, ἔντα  
Θρασυβόλῳ τῷ τόπε Μιλήτου τιμηεύ-  
οντι ξεῖνον ἐς ταμάλισσα, πιθόμενοι τὸ χρη-  
στήριον τὸ τῷ Αλυάτῃ γενόμενον, πέμ-  
ψαντα ἄγγελον καλεῖπτειν, ὅκους ἄν τι προ-  
ειδὼς πέρος τὸ παρεὸν <sup>c</sup> βιλεύπτακ. Μιλή-  
σιοι μὲν γὰρ λέγουσι γενέσθαι.

κα'. Αλυάτης δὲ, ὡς οἱ ταῦτα ἀξηγ-  
γέλθη, αὐτίκα ἐπέμπτε χήραις <sup>d</sup> ἐς Μί-  
<sup>a</sup> πέμψαντα. <sup>b</sup> ἀνορθώσασι. <sup>c</sup> παρός. <sup>d</sup> κήραις,

post exercitus redditum Sardes Alyattes decubuisse, diuturniusque aegrotaret, Delphos misit deum de valetudine sciscitatores, sive alieno sive suopre consilio ad mittendum inductus. Numelis autem, quum Delphos pervenissent, se reddituram responsam Pythia negavit, priusquam templum Minervae reparassent, quod in terra Milesiorum apud Assevii concreraserant.

20. Ita astuti esse ego ex Delphis audiendo novi: sed Milesii his illa addunt, Periandrum, Cypseli filium, quum audisset oraculum Alyatti redditum, misso nucleo indicavisse Thrasybulo, tunc Milesiorum tyranno (ctijus arctissimo uatabatur hospitiu) admonientem ut aliquid prospiciendo sibi consuleret in praesens Milesii quidem ita id gestum memorant.

21. Alyattes autem, ubi haec ipsi nunciata sunt, confessim caduceatorem

Miletum mittit, ad ineundas cum Thrasybulo et Milesiis pactiones tantisper dum templum aedificaret. Et hic quidem navigando Miletum venit. Thrasybulus vero quum omnem sermonem ante praedicisset, nossetque quaenam Alyattes facere statuisset, hujuscemodi rem machinatur. Quod frumenti in urbe erat vel suum ipsius vel privatorum, id omne in forum congerit: praecipitque Milesiis, ut quum ipse signum dedisset, cuncti potarent, et inter se comedationibus uterentur.

22. Haec Thrasybulus ea gratia fecit praeccepitque, ut caduceator Sardianus cernens ingentem frumenti acervum effusum, et homines oblectationibus vacantes, renunciaret Alyattae. Quod et contigit. nam ut illa conspexit caduceator, Thrasybuloque Lydi mandata exposuit, reversus est Sardes: et (ut ego audio) ob

λητον, βουλόμενος σπουδὰς ποίσασθαι  
Θρασύβλω τέ καὶ Μιλησίοις χρόνον ὅσον  
ἄν τὸν νηὸν οἰκοδομῆ. ὁ μὲν δὴ ἀπόσολος ἐσ-  
τὴν Μίλητον ἦν· Θρασύβλος δὲ σαφέως  
προπεπυσμένος <sup>ε</sup> πάντα λόγου, καὶ εἰδὼς  
τὰ Αλυάτην μέλλοι <sup>ϛ</sup> ποιήσειν, μηχα-  
νᾶται τοιάδε <sup>β</sup>. ὅσος ἦν ἐν τῷ ἀσει σῖτος  
καὶ ἔωϋτῷ καὶ ἴδιωτικὸς, τῷτον πάντα συγ-  
κομίσας <sup>ἥ</sup> ἐσ τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησί-  
οισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν τε  
πάντας καὶ κάμῳ χρῆσθαι ἐσ ἄλλήλους.

κ<sup>ζ</sup>. Ταῦτα δὲ ἐποίεε τε καὶ προηγό-  
ρευε Θρασύβλος, τῶνδε εἴνεκεν <sup>ι</sup>, ὅκως ἄν  
δὴ ὁ κήρυξ ὁ Σαρδηνὸς <sup>κ</sup>, ἴδων τε σωρὸν μέ-  
γαν σίτῳ κεχυμένον, καὶ τὸς ἀνθρώπους ἐν  
εὐπαθείησι ἐόντας, ἀγείλη Αλυάτη. τὰ  
δὴ καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ δὴ ἴδων τε ἐκεῖνα ὁ  
κήρυξ, καὶ εἴπας <sup>λ</sup> πρὸς Θρασύβλον τὰς  
ἐντολὰς τῷ Λυδῷ, ἀπῆλθεν ἐσ τὰς Σάρδις,  
ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' ψδὲν ἄλλο ἐγένετο

<sup>ε</sup> προπεπυσμένος. <sup>ϛ</sup> μέλλει. <sup>β</sup> τοιάδε. <sup>ἥ</sup> ἀπαντά συγαγαγάντι.  
<sup>ι</sup> εἴπακα. <sup>κ</sup> Σαρδηνὸς. <sup>λ</sup> εἴπαντι.

ἡ διαλλαγή. ἐλπίζων γὰρ ὁ Αλυάτης  
σιτοδημίῃ τε εἶναι ἰσχυρὸν ἐν τῇ Μιλήτῳ,  
καὶ τὸν λεων τετράβολον ἐς τὸ ἔχαλον κα-  
κόν, ἵκε τὸ κήρυκος νοσήσαντος ἐκ τῆς Μι-  
λήτου τὸς ἐναὐλίας λόγγος ἡ ἀστροφὴ καλε-  
δόκεε. μετὰ δὲ, ἡ τε διαλλαγὴ σφι ἐγένε-  
το, ἐπ' ᾧ τε ζείνουσι ἀλλήλοισι εἶναι καὶ  
ξυμμάχους· καὶ δύο τε ἀρτὶ ἐνὸς ῥηοὺς  
τῇ Αθηναίῃ ὠκεδόμησεν ὁ Αλυάτης ἐπ  
τῇ Ασσησῷ, αὐτὸς τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέ-  
ση. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν πόλον Μιλησί-  
ος τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Αλυάτη  
ῶδε ἔχε.

κύ. Περιανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς,  
οὗτος δὲ τῷ Θρασύβουλῷ τὸ χρηστήριον μη-  
νύσας· ἐτυράννευε δὲ δι Περιανδρος Κορίν-  
θου, τῷ δὴ λέγοις Κορίνθιοι (οἱ μολογέστοι  
δὲ σφι Λέοβιοι) ἐν τῷ βίᾳ θώμα μέγιστον  
παραστῆναι. Αριστα τὸν Μηθύμναντον ἐπὶ<sup>το</sup>  
δελφίνος ἐξενεγχθεῖσα ἐπὶ τοῖναρον, ἐντα  
κτηταριδὸν τῶν τότε ἐόντων ψδενὸς δεύτερον,

nihil aliud inter eos pacificatum est. Spe-  
rans enim Alyattes vehementem penuri-  
am frumenti Miletii esse, et populum ad  
extremum usque malorum devenisse, ex  
reverso illinc caduceatore audiebat con-  
traria atque ipse fuerat opinatus. Post  
haec inter eos ita conventum est, ut mu-  
tuuo hospites essent ac socii; proque uno  
duo delubra apud Assemum Minervae ae-  
dificavit Alyattes, etiam ipse ex morbo  
convalevit. Et quae ad bellum quidem  
Alyatis cum Milesiis atque Thrafyculo  
pertinent, ita habuere.

23. Periander autem Cypseli filius,  
fuit is qui Thrafyculo indicavit oracu-  
lum, Corinthi tyranus: cui maximum  
miraculum fuisse oblatum populares fui-  
praedicant, et his Lesbii assentiuntur. A-  
ctionem Methymnaeum delphino infiden-  
tem ad Taenaron fuisse evectum, qui e-  
rat citharoedorum fui faculi nulli secun-

dus: quique primus hominum quos novimus; et fecit et nominavit et docuit Corinthi dithyrambum.

24. Hunc Arionem ferunt, quum permultum temporis trivisset apud Periandrum, concupisse in Italiam Siciliamque navigare: retroque, parta ingenti pecunia, voluisse Corinthum reverti: et, quum profecturus Tarento esset, quia nullis magis quam Corinthiis fidebat, navigium virorum Corinthiorum conduxisse. Quum igitur altum tenerent, istos Arioni insidiatos, ut eo exturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oravisse oblata eis pecunia, mortem deprecatum. Non persuadenti nautas mandavisse, ut aut sibi manus inferret, quo sic sepulturam in terra nancisceretur, aut illico in mare desiliret. Arionem ad hanc difficultatem redactum, obsecrasse, ut quandoquidem ipsis ita placitum esset, pateren-

καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς  
ἴδμεν, ποτόσαντά τε καὶ ὄνομάσαντα καὶ διδά-  
ξαντα ἐν Κορίνθῳ.

καὶ. Τοῦτον τὸν Αρίονα λέγουσι, τὸν  
πολλὸν τῷ χρόνῳ διατρίβοντα παρὰ Περι-  
άνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ιταλίην τε  
καὶ Σικελίην· ἔργασάμενον δὲ χρήματα με-  
γάλα, θελῆσαι ὅπισω ἐς Κόρινθον ἀπικέ-  
σθαι. ὅρμασθαι μέν νυν ἐκ Τάρανθος, πι-  
σεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι,  
μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τότε  
δὲ ἐν τῷ πελάγει ἐπιβλεύειν, τὸν Αρίο-  
να ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. τὸν  
δὲ, συνέντα τοῦτο, λίστεσθαι, χρήματα  
μὲν προϊέντα σφι, φυχὴν δὲ παρατεόμε-  
νον. ὃκων δὴ πείθειν αὐτὸν τύτοισι, ἀλ-  
λὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν δια-  
χρᾶσθαι μιν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, ἢ  
ἐκπηδᾶν ἐς τὴν Νάλασσαν τὴν ταχίστην.  
ἀπειληθέντα δὲ τὸν Αρίονα ἐς ἀπορίην,  
παρατήσασθαι, ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι,

περιδέειν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ σάντα ἐν τοῖσι ἐδώλοισι <sup>α</sup>, ἀείσαι. ἀείσας δὲ, ὑπεδέκειο ἐωὕτὸν κατεργάσασθαι. καὶ τοῖσι ἔσελθεῖν γὰρ ἥδοντι, εἰ μέλλοιεν ἀκόσεοθαι τὸ ἄριστον ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐσ μέσην νέα. τὸν δὲ, ἐδύντα τε πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, σάντα ἐν τοῖσι ἐδώλοισι <sup>β</sup>, διέξελθεῖν κόμον τὸν ὄρθιον. τελευτῶντος δὲ τῷ κόμῳ, ῥήφαε μιν ἐσ τὴν θάλασσαν ἐωὕτον, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. καὶ τὸς μὲν ἀποπλέειν ἐσ Κόρινθον <sup>γ</sup>. τὸν δὲ, δελφῖνα λέγοντι ὑπολαβόντα, ἔξεντκαι ἐπὶ Ταίναρον <sup>δ</sup>. ἀποβάντα δὲ αὐτὸν χωρέσκειν ἐσ Κόρινθον σὺν τῇ σκευῇ. καὶ ἀπικόμενον ἀπηγέσοθαι πᾶν τὸ γερονός. Περιανδρον δὲ ἀπὸ απισίνης Αρίαναι μὲν ἐξ Φυλλακῆς ἔχειν, οὐδαμῆ ματιέντα, ἀνακῶς δὲ ἔχειν τῶν πορθμέων. ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτὸς καληθέντας, ισορέεσθαι εἴ τι λέγοτε περὶ Αρίωνος. Φαμένων δὲ ἔχειν τις εἴη-

<sup>α</sup> ιδωλίστι. <sup>β</sup> ιδωλίστος. <sup>γ</sup> οἱ τὴν Κόρινθον. <sup>δ</sup> οἱ Ταίναρος.

tus se omni suo ornatu sumpto, stantem super foros, captare: et quum cantasset, pollicebatur se sibi manus illaturum. Istos igitur (invaserat enim eos libido audiendi praestantissimum inter homines modulatorem) e puppe in medium navem concessisse. Illum, induito omni ornatu, ac sumpta cithara stantem super foros, pergitte carmen quod dicitur orthium: eoque decantato, sese, ut erat cum omni isto ornatu, in mare jecisse. Et hos quidem cursum tenuisse Corinthus: illum vero aiunt a delphino exceptum, Taenaron fuisse evectum: et quum e delphino descendisset, Corinthum eodem habitu perrexisse: et ubi pervenit, quicquid conigerat enarrasse. Periandrum autem, quia non crederet, tenuisse hominem in custodia, nequò prodiret: ceterum curam intendisse in nautas. Eos accitos, ubi adfuerunt, percontatum signid de Arione

memorarent: et referentibus illum sospitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti se reliquisse, Arionem apparuisse eodem quo desiluisset habitu: istos terrefactos, non potuisse amplius convictos inficiari. Haec Corinthii ac Lesbii aiunt: extatque apud Taenaron non magnum Arionis ex aere donarium, homo super delphinum vehens.

25. Porro Alyattes Lydus, confecto cum Milesiis bello, postea, quum septem et quinquaginta regnasset annos, vita excessit: qui secundus ex hac domo, quum e morbo convaluisset, apud Delphos dedicavit grandem ex argento craterem: itemque crateris receptaculum parvum, ex ferro, ferruminatum, spectatu dignum inter omnia quae sunt Delphis donaria: opus Glauci Chii, qui solus omnium hominum ferruminationem excogitavit.

26. Defuncto Alyatte, successit in regno filius ejus CROESUS, annos natus

τε σῶς περὶ Ιταλίην <sup>ε</sup>, καί μιν εῦ πρήστοια λίποιεν ἐν Τάραντι, ἐπιφανῆναι σφε τὸν Αρίονα, ὥσπερ ἔχων ἔξεπήδησε· καὶ τὸς, ἐκπλαγέντας, όχι ἔχειν ἔτι ἐλεγχομένης ἀρνέεσθαι. ταῦτα μέν νυν Κορίνθιος τε καὶ Δέσμιοι λέγουσι. καὶ Αρίονός ἐστι ἀνθημα χάλκεον ὃ μέγα ἐπὶ Ταυνάρῳ, ἐπὶ Δελφῖνος ἐπεών ἄνθρωπος.

κέ'. Αλυάτης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπειτα τελευτᾶς, βασιλεύσας ἔτεα ἐπὶ λαὶ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ, ἐκφυγῶν τὴν νοῦσον, δεύτερος ὅτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφὸς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, Θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀνθημάτων. Γλαύκη τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μῆνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρος κόλλησιν ἔξεῦρε.

κς'. Τελευτήσαντος δὲ Αλυάττεω, ἔζεδεξατο τὴν βασιληίην Κροῖσος ὁ Αλυ-

<sup>ε</sup> περὶ τὴν Ιταλίην.

άτιεω, ἐτέων ἐών ἡλικίην πέντε καὶ τριή-  
χογά. ὃς δὴ Ἐλλήνων πρώτοις ἐπεθήκαλο  
Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὴ οἱ Εφέσιοι πολιορκεό-  
μενοι ὑπ' αὐτοῦ, ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ  
Ἄρτέμιδι, ἔξαρταίτες ἐκ τῆς νηὸς χοινίου ἐς  
τὸ τεῖχος. ἐστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαι-  
ῆς <sup>α</sup> πόλιος, ή τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τῆς  
νηὸς, ἐπὶ λαὶ σάδιοι, πρώτοις μὲν δὴ τύτοισι  
ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος· μετὰ δὲ, ἐν μέ-  
ρει ἑκάστοις Ιώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλ-  
λοισι ἄλλας αὐτίας ἐπιφέρων, τῶν μὲν ἐ-  
δύνατο μέζονας παρευρίσκειν, μέζονα ἐ-  
παιτιώμενος, τοῖσι δὲ αὐτῶν <sup>β</sup> καὶ Φαῦλα  
ἐπιφέρων.

χ. Ως δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ασίῃ Ἐλλη-  
νες κατεγράφατο ἐς Φόρος ἀπαγωγὴν, τὸ  
ἐνδεῦτεν ἐπενόσσε, νέας πομπάμενος, ἐπι-  
χειρέει τοῖς ηγοιώτησ. ἐόντων δέ οἱ πάν-  
των ἐτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βί-  
αντα λέγοντι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς  
Σάρδις, οἱ δὲ Πιττακὸν τὸν Μιτυληναῖον,

<sup>α</sup> τῆς παλαιῆς. <sup>β</sup> δὲ αὐτίων.

quinque et triginta : qui primus Graecorum Ephesiis bellum intulit. Unde Ephesii ab eo obsessi, urbem Dianaे dedicarunt, fune ex ejus aede ad murum allegato. Est autem inter veterem urbem quae tunc obsidebatur, et templum, septem stadiorum intervallum. Hos primos Croesus aggressus est, deinde vero per vires singulos Ionum Aeolensiumque, aliis alias caussas inferens, ut in quosque maximas reperire poterat, majora ; in quosdam etiam frivola causatus.

27. Postea vero quam Graecos in Asia subegit ad tributum pendendum, inde constituit aedificatis navibus aggredi insulanos. Ad quas compingendas, quum omnia illi parata essent, dicunt alii Bisan-tem Prienensem, quum Sardes venisset, alii Pittacum Mitylenaeum, interrogatum

a Croeso numquid apud Graeciam novi  
esset: respondisse quod illum a facienda  
classe inhibuit. Inquit enim, ‘Insulani, ô  
‘ rex, decem millia equitum conducunt,  
‘ habentes in animo adversus Sardes at-  
‘ que te militare.’ Et Croesum vera loqui  
ratum, dixisse, ‘Utinam dent dii hanc in-  
‘ sulanis mentem Lydos invadendi cum  
‘ equis!’ Atque hunc excipientem dixisse,  
‘ Videris mihi, ô rex, cupide vota factu-  
‘ rus ut insulanos in continente adipisca-  
‘ ris equitantes, haud absurdâ spe. Ve-  
‘ rum quid aliud insulanos optare censes,  
‘ simulac audierunt constituisse te adver-  
‘ sus se classem aedificare, quam precan-  
‘ tes, ut naucti Lydos in mari intercipiant,  
‘ teque pro Graecis in continente, quos  
‘ tu in servitute contines, uinciscantur?’  
Hoc sermone delectatum admodum Croe-  
sum, atque inductum (est enim visus ille  
perquam scitc dixisse) ab fabricanda classe

εἰρομένς Κροίσου εἴτι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καλαπαῖσαι τὴν ναυπηγίην, ‘Ω βασιλεῦ, νησιῶτας ἵππον συνωγέονται μυρίν, ἐσ Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σε ἔχοντες ἐν νῷ σρατεύεσθαι.’ Κροίσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον ἀληθία, εἰπεῖν, ‘Αἱ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτησι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι.’ τὸν δὲ, ὑπολαβόντα Φάναι, ‘Ω βασιλεῦ, προθύμως μοι Φαίνεαι εὔχασθαι νησιώτας ἵππευομένος λαβεῖν ἐν ἡπείρῳ ἐοικότα ἐλπίζων. νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλλοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀρώμενοι’ Διδοὺς ἐν Ναλάσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἡπείρῳ οἰκημένων Ἐλλήνων τίσωνται σε, τὸς σὺ διλώσας ἔχεις; κάρτα τε ἡσθῆναι Κροίσον τῷ ἐπιλόγῳ· καί οἱ (προσφυέως γὰρ δόξαι λέγειν) πειθόμενον, παύσασθαι τῆς ναυ-

\* εἰρομένην δὲ Κροίσου. <sup>4</sup> ἀκότα. <sup>5</sup> αἴρασθαι.

πηγίν. καὶ ὅτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ιωνὶ ξενίην συνεθήκατο.

κη'. Χρόνου δὲ ἐπιγινομένης, καὶ κατεσφραμμένων χεδὸν πάνιων τῶν ἐνīος "Αλυ-  
ος ποταμῷ οἰκημένων· πλὴν γὰρ Κιλίκων  
καὶ Λυκίων, τὺς ἄλλας πάντας ὑπ' ἔωϋ-  
τῷ ἐῆχε κατασρεψάμενος ὁ Κροῖσος.  
εἰσὶ δὲ οἵδε, Λυδοὶ, Φρύγες, Μυσοὶ, Μα-  
ριανοῦνοὶ, Χάλιβες, Παφλαγόνες, Θρῆ-  
κες, οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοὶ, Κᾶρες, Ιωνες,  
Δωρίες, Αἰολέες, Πάμφυλοι.

κθ'. Κατεσφραμμένων δὲ τούτων, καὶ  
προσεπικλωμένης Κροίσου Λυδῶσι, ἀπικνέον-  
ται ἐς Σάρδις ἀκμαζόντας πλάτω ἄλλοι  
τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ, οἱ  
τῶν τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἔόντες, ὡς ἐ-  
καστος αὐτῶν εἰς ἀπικνέολο· καὶ δὴ καὶ Σάλων,  
ἀνὴρ Αθηναῖος, ὃς Αθηναίοις νόμος χελεύ-  
σασι ποίεις, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ  
Δεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα δὴ μόνη  
τῶν νόμων ἀναγκασθῆ λῦσαι τῶν  
εὐπόλεμων. Εἰκότεντος δὲ τοιαύτης.

destituisse, atque ita cum Ionibus qui insuper las incolerent, hospitium contraxisse.

tremas ac pedes, reliquis omnibus filii sui partibus. nam illa in canistro bene operata, separatim reposita erant. Eum autem, postquam satis pastus illo cibo videbatur, Astyages interrogat nunquid sit illis oblectatus epulis. Se vero valde oblectatum dicenti Harpago, ii quibus negotium erat datum, adferunt caput filii cum extremitis manibus ac pedibus extectum: et adstantes jubent eum detegere, ac sumere quod vellet ex iis. Harpagus obtemperans, ubi detexit, cernit reliquias filii. non tamen eo spectaculo consternatus est, et sui compos mansit. Sed percontanti Astyagi nunquid agnosceret cuius ferae carne pastus esset, se agnoscere respondit, et quicquid rex ageret, placere. Hoc redditio responso, receptisque reliquiis carnium, domum abiit, eas ( ut ego opinor ) illic collectas humaturus.

I 20. Et Harpagum quidem hac ul-

τε <sup>a</sup> καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τὰλλα πάντα· ταῦτα δὲ χωρὶς ἔκειτο ἐπὶ κανέω κατακεκαλυμμένα· ὡς δὲ τῷ Ἀρπάγῳ ἐδόκεε ἄλις ἔχειν τῆς Βορῆς, Αἰγαίους ἔρετό μιν εἰ νοθείη τι τῇ θοίνῃ· Φαμέντες δὲ Ἀρπάγα καὶ κάρβα νοθῆναι, παρέφερον τοῖσι προσέκειτο τὴν κεφαλὴν τῷ παιδὸς κατακεκαλυμμένην, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸ πόδας. "Ἀρπαγον δὲ ἐκέλευον προσάντες ἀποκαλύπτειν τε καὶ λαβεῖν τὸ βάλεται αὐτῶν <sup>b</sup>. πειθόμενος δὲ ὁ Ἀρπαγος, καὶ ἀποκαλύπτων, ὅρα τῷ παιδὸς τὰ λείματα· ἴδων δὲ, γέτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἐωὕτῳ γίνεται. ἔρειο δὲ αὐτὸν ὁ Αἰγαίος εἰ γινώσκοι ὅτεν θηρίον κρέα βεβρώκοι <sup>c</sup>. ὁ δὲ καὶ γινώσκειν ἔφη, καὶ ἀρεσὸν εἶναι πᾶν τὸ ἄν βασιλεὺς ἔρδη <sup>d</sup>. τούτοισι δὲ ἀμειψάμενος, καὶ ἀναλαβὼν τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν, ἥϊε ἐσ τὰ οἰκία. ἐνθεῦτεν δὲ ἐμελλε (ὡς ἐγὼ δοκέω) ἀλίσας θάψειν τὰ πάντα.

ρχ'. Ἀρπάγῳ μὲν Αἰγαίος δίκην ταύ-

<sup>a</sup> πλὴν τῆς κεφαλῆς το. <sup>b</sup> αὐτῶν. <sup>c</sup> βεβράκει. <sup>d</sup> ἔρδειο.

την ε ἐπέθηκε. Κύρου δὲ πέρι βουλεύων,  
 ἐκάλεε τὸς αὐτὸς τῶν μάγων οἱ τὸ ἐνύ-  
 πνιόν οἱ ταύτῃ ἔκριναν ἀπικομένης δὲ εἴ-  
 ρετο ὁ Ασυάγης τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν. οἱ  
 δὲ κατὰ ταῦτα εἶπαν, λέγοντες ὡς βασι-  
 λεῦσαι χρῆν τὸν παῖδα εἰ ἐπέζωσε<sup>f</sup>, καὶ  
 μὴ ἀπέθανε πρότερον. ὁ δὲ ἀμείβεται αὐ-  
 τὸς τοῖσδε, « Εἰ τε ὁ παῖς καὶ περίεστι·  
 « καὶ μήν ἐπ' ἀγρῷ διατώμενον οἱ ἐκ τῆς  
 « κώμης παῖδες ἐσήσαντο βασιλέα. ὁ δὲ,  
 « πάντα ὅσα περ οἱ ἀληθεῖ λόγῳ βασιλῆς,  
 « ἐτελέωσε ποιήσας. καὶ γὰρ δορυφόρος, καὶ  
 « θυρωρός, καὶ ἀγεληφόρος, καὶ τὰ λοιπά  
 « πάντα διατάξας ἤρχε. καὶ νῦν ἐσ τὶ ὑ-  
 « μῆν ταῦτα φαίνεται φέρειν; » εἶπαν οἱ  
 μάγοι, « Εἰ μὲν περίεστι τε, καὶ ἐβασίλευ-  
 « σε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης τινὸς, Θάρσει  
 « τε τύττε εἴνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε αὐγαθόν.  
 « γάρ ἔτι τοδεύτερον ἄρξει. παρὰ σμι-  
 « κρὰ γὰρ καὶ τῶν λογίων ήμῖν ἔνια τοιούτα  
 « χώρηκε. καὶ τά γε τῶν ὀνειράτων ἐχό-

<sup>f</sup> τακτην. ξεπίσσει. Βίκαντια.

tione Astyages insequutus est. De Cyro autem deliberans, eosdem ex magis arcessivit, qui fuerant ipsius somnium sic interpretati. Postquam venerunt, sciscitatur eos, quomodo sibi visum illud essent interpretati. Illi juxta eandem sententiam affirmarunt dicentes ‘ puerum illum debere regnare, si superstes esset, nec prius obiisset. Atqui puer et vivit et incolumis est, Astyages exceptit, et quum ipsum ru- ri agentem pueri ejus pagi delegissent regem, quae fiunt ab justis regibus, ea omnia hic perfecit. Nam satellitibus, janitoribus, internunciis, ac ceteris officiis institutis, imperium exercuit: quae vobis quò nunc videntur spectare? Si quidem superest puer (magi respondent) atque regnavit non ex aliqua industria, confidito ob id, ac bono esto animo. Non enim adhuc regnabit iterum. Nam quaedam vaticinia nobis in exigua cefserunt, et quae adnexa sunt somniis eti-

‘ am ad prorsus imbecillum deveniunt.  
‘ Ego (inquit Astyages respondens) isti-  
‘ us, ô magi, prorsus sum sententiae, pu-  
‘ ero rege nominato fidem somnii imple-  
‘ tam esse, nihilque mihi amplius cum  
‘ puerum esse reformidandum. Vos ta-  
‘ men probe circumspicientes, quaenam  
‘ futura sint et meae domui et vobis tu-  
‘ tissima, consulite.’ Ad haec magi, ‘ No-  
‘ stra etiam, ô rex, (inquiunt) magni in-  
‘ terest, tuum stare principatum: alioquin  
‘ enim alienatur ad hunc puerum, qui  
‘ Persa est, transgressus; et nos quoque  
‘ qui Medi sumus, in servitutem redige-  
‘ mur, et quum simus extranei, nullius e-  
‘ rimus apud Persas pretii: te autem reg-  
‘ nante, qui popularis noster es, tum ex  
‘ parte imperamus, tum magnos abs te  
‘ honores obtinemus. Quo magis omnino  
‘ per nos et tibi et regno tuo prospicien-  
‘ dum est, et nunc, siquid cerneremus ti-  
‘ mendum, universum tibi ante aperire-

μενα, τελέως ἐσ ἀδενὲς ἔρχεται. ἀμεί-  
 βεται Αγνάγης τοῖσδε καὶ αὐτὸς, ‘Ω μά-  
 γοι, ταύτη πλεῖστος γνώμην <sup>α</sup> εἰμὶ, βασι-  
 λῆς ὄνομα αδένιος τῷ παιδὸς, ἔξήκειν τε  
 τὸν ὄνειρον, καὶ μοι τὸν παῖδα τῶτον  
 εἶναι δεινὸν οὐδὲν ἔτι. ὅμως μὲν γέ τοι <sup>β</sup>  
 συμβλεύσατέ μοι, εὖ περισκεφάμενοι,  
 τὰ μέλλει ἀσφαλέσατα εἶναι οἴκω τε  
 τῷ ἐμῷ καὶ ὑμῖν. εἶπαν πρὸς ταῦτα  
 οἱ μάγοι, ‘Ω βασιλεῦ, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν  
 περὶ πολλῷ ἐσι κατορθῶσαι ἀρχὴν τὴν  
 σὴν. κείνως μὲν γὰρ ἀλλοτριοῦται, ἐσ  
 τὸν παῖδα τοῦτον περιῆσα ἔόντα Πέρ-  
 σην· καὶ ἡμεῖς ἔόντες Μῆδοι, δυλούμεθά  
 τε, καὶ λόγῳ οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Πέρ-  
 σέων, ἔόντες ξεῖνοι· σέο δὲ ἐνεσεῶτος βα-  
 σιλῆς, ἔόντος πολιήτεω, καὶ ἄρχομεν τὸ  
 μέρος, καὶ τιμᾶς πρὸς σέο μεγάλας ἔ-  
 χομεν. οὕτω ὥν πάντως ἡμῖν σέο καὶ <sup>γ</sup>  
 τῆς σῆς ἀρχῆς προοπτέον ἐστι. καὶ νῦν  
 εἰ φοβερόν τι ἐωρῶμεν, πᾶν ἂν σοι προ-

<sup>α</sup> πλῆντος τῷ γνώμῃ. <sup>β</sup> μέν τοι. <sup>γ</sup> σίω τε γ.

• εφράζομεν. νῦν δὲ ἀποσκίφαντος τῷ ἐ-  
 • νυπνίου ἐς φαῖλον <sup>d</sup>, αὐτοὶ τε Ναρσέο-  
 • μεν, καί σοι ἔτερα τοιαῦτα παρακελευ-  
 • όμεθα <sup>e</sup>. τὸν δὲ πᾶντα τῶντον ἐξ ὄφθαλ-  
 • μῶν ἀπόπεμψαι ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς  
 • γειναμένυς.<sup>f</sup>

ρχα'. Ακούσας ταῦτα ὁ Ασυάγης, ἐ-  
 χάρη τε καὶ καλέσας τὸν Κῦρον, ἐλεγέ-  
 • οἱ τάδε, <sup>f</sup> Ω παῖ, σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄφιν  
 • ὄνείρου ὃ τελέην ἥδικεον, τῇ σεωὕτῳ δὲ  
 • μοίρῃ περιεῖς· νῦν ὧν ἵθι χαίρων ἐς Πέρ-  
 • σας πομπὸς μὴ ἐγὼ ἅμα πέμψω. ἐλ-  
 • θῶν δὲ ἔκει, πατέρα τε καὶ μητέρα εὐ-  
 • ρήσεις, ὃ καλὰ Μιτραδάτην τε τὸν βα-  
 • κόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτῷ.<sup>g</sup>

ρχβ'. Ταῦτα εἶπας ὁ Ασυάγης, ἀπο-  
 πέμπει τὸν Κῦρον. νοσήσαντα δέ μιν ἐς  
 τοῦ Καμβύσεω τὰ οἰκία, ἐδέξαντο οἱ γε-  
 νάμενοι· καὶ δεξάμενοι, ὡς ἐπύθοντο, μεγά-  
 λως ἀσπάζοντο <sup>g</sup>, οἵα δὴ ἐπισάμενοι αὐ-  
 τίκα τότε τελευτῆσαι. ισόρεον τε ὅτεω

<sup>d</sup> φλαῦρον. <sup>e</sup> δικαίεινόμενα. <sup>f</sup> οἱ τοιάδε. <sup>g</sup> θεωράζονται.

• mus : verum quum in rem frivolam  
 • nunc evaserit somnium, et ipsi confidi-  
 • mus, et te itidem alia haec hortamur,  
 • ut hunc ableges puerum ab oculis tuis  
 • in Persidem ad parentes.'

121. His auditis Astyages gavisus  
 est: accitoque Cyro haec inquit, 'O puer,  
 • quum ego propter quandam haud per-  
 • fectam somnii visionem in te fuisset in-  
 • jurius, tuo tamen ipsius fato superstes  
 • es. Nunc itaque laetus ad Persas ito cum  
 • iis quos ad te deducendum mittam. Eo  
 • perveniens, parentes tuos offendes; ne-  
 • quaquam similes sorti quae est Mitra-  
 • datis bubulci, et uxor is ejus.'

122. Haec loquutus Astyages, Cy-  
 rum dimittit. Quem ad domum Camby-  
 sis reversum acceperunt sui parentes, et  
 audita re vehementer amplexati sunt, ut  
 quem statim mortem obiisse sciebant. Sci-  
 citabantur igitur quoniam modo super-

stes esset. Hic se vero ait eos antea non novisse, et in plurimo errore versatum fuisse: inter viam tamen omne suum infortunium audisse. credidisse enim se bubulci Astyagis esse filium: verum in illo itinere omnem rem gestam, ab iis qui ipsum deduxerant accepisse. Commemorabat autem se ab uxore bubulci fuisse educatum, semper eam laudibus prosequens, ita ut in ejus sermone primas ferret Cyno. Quod nomen accipientes ejus parentes, ut magis divinitus videretur Persis filius fuisse ipsis servatus, divulgarunt, a cane Cyrum, quum esset expositus, fuisse educatum. unde haec opinio emanavit.

123. Ubi Cyrus in virilem adolevit aetatem, et inter aequales robustissimus evasit et amaenissimus, urgebat eum Harpagus dona mittendo, Astyagis ulciscendi cupidus. Nam ab sese, qui privatus esset, non videbat futuram in Astyage vindictam: sed Cyrum cernens adulterum, cuius

τρόπῳ περιγένοιτο. ὁ δέ σφι ἔλεγε, Φάσ προτῷ μὲν όκει εἰδέναι, ἀλλὰ ἡμαρτηκέναι πλεῖστον· κατ' ὅδον δὲ πυνθάνεσθαι πᾶσαν τὴν ἐωὕτῳ πάθην. ἐπίσασθαι μὲν γάρ ὡς βγκόλῳ τοῦ Ασυάγεος εἴη παῖς· ἀπὸ δὲ τῆς κεῖθεν ὁδῷ τὸν πάντα λόγον τῶν πομπῶν πυνθάνεσθαι. τραφῆναι δὲ ἔλεγε ὑπὸ τῆς τῷ βγκόλῳ γυναικός· ἥιέ τε ταύτην αὐτέων διαπαντός· ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. οἱ δὲ τοχέες παραλαβόντες τὸ ὕνομα τῷτο, (ἴνα θειοτέρως δοκέη ταῖσι Πέρσῃσι περιεῖναι σφι ὁ παῖς) κατέβαλον φάτιν ὡς ἐκκείμενον Κῦρον κύων ἐξέθρεψε. ἐνθεῦτεν μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε.

ρχγ'. Κύρω δὲ ἀνδρευμένῳ, καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρειοτάτῳ καὶ προσφιλεσάτῳ, προσέκειτο ὁ "Αρπαγος, δῶρα πέμπων, τίσασθαι Ασυάγεα ἐπιθυμέων. ἀπ' ἐωὕτῳ γάρ ἐόντος ἴδιώτεω όκει ἐνεώρα τιμωρίην ἐσομένην ἐσ Ασυάγεα· Κῦρον δὲ δρέων ἐπιτρεφόμενον, ἐποιεέο σύμμαχον, τὰς πάθας

τὰς Κύρου τῆσι ἐωὕτῳ<sup>a</sup> ὅμοιούμενος. πρὸ  
δέ τι τύτῳ<sup>b</sup> τάδέ οἱ καλέργυασο· ἔόντος τῷ  
Αἰσυάγεος πικρῷ<sup>c</sup> ἐς τὸν Μήδων, συμμίσγων  
ἐνὶ ἑκάστῳ<sup>d</sup> "Αρπαγος τῶν πρώτων Μή-  
δων, ἀνέπειθε ὡς χρὴ Κῦρον προστησαμέ-  
νυς, Αἰσυάγεα παῖσαι τῆς βασιληΐας. κα-  
τεργασμένης δέ οἱ τύτῳ, καὶ ἔόντος ἐτοίμω,  
οὗτω δὴ τῷ Κύρῳ δικιτωμένῳ<sup>e</sup> ἐν Πέρσησι  
βαλόμενος<sup>f</sup> "Αρπαγος δηλῶσαι τὴν ἐωϋ-  
τῷ γνώμην, ἄλλως μὲν ὕδαμῶς εἶχε, ἄτε  
τῶν ὅδῶν Φυλακομένων· ὁ δὲ ἐπιτεχνᾶ-  
ται τοιόνδε· λαγὼν μηχανητάμενος, καὶ  
ἀναχίσας τύτῳ τὴν γασέρα, καὶ αὐδὲν ἀ-  
ποτείλας, ὡς δὲ εἶχε, οὗτω ἐσέθηκε<sup>g</sup> βι-  
βλίον, γράψας τά οἱ ἐδόκεε<sup>h</sup>. ἀπορράψας  
δὲ τῷ λαγῷ τὴν γασέρα, καὶ δίκτυα δοὺς,  
ἄτε Θηρευτῇ, τῶν οὐκετέων τῷ πικρά-  
τῷ, ἀπέσειλε<sup>i</sup> ἐς τὸν Πέρσας· ἐντειλάμε-  
νός οἱ ἀπὸ γλώσσης, διδόντα τὸν λαγὸν  
Κύρῳ ἐπειπεῖν, αὐτοχειρίῃ<sup>j</sup> μιν διελεῖν,  
καὶ μιδένα οἱ ταῦτα ποιεῦντι παρεῖναι.

<sup>a</sup> τὰς τάθεις τῷ Κύρῳ τῷ ἐωὕτῳ. <sup>b</sup> πρὸς δ' ἐτι τὸν τρ. <sup>c</sup> ἴστιντο.

<sup>d</sup> βιβλίον τὰς ιδόκεις ὑγράφασ. <sup>e</sup> αὐτοχειρί.

casus suis assimulabat, socium compara-  
bat. Sed et aliquo ante tempore haec ab  
eo facta erant. Quum esset acerbus A-  
styages in Medos, Harpagus singulis qui-  
busque eorum insinuans primoribus, per-  
suadebat oportere Astyagem a regno sum-  
moveri, Cyro delecto. Harpagus, his trans-  
actis ac paratis, ita demum volens Cyro  
apud Persas agenti suam aperire senten-  
tiam, quum aliter non posset, utpote iti-  
neribus custoditis, hujusmodi rem com-  
miniscitur. Leporem excogitans rescidit  
ejus ventrem; et nihil ultra lacerans, pro-  
ut erat, indidit libellum in quo quae li-  
buit conscripserat: et rursus consuto ven-  
tre, leporem una cum retibus tradidit ve-  
natori cuidam, quippe servorum fidissimo:  
misitque in Persas, praecipiens dicendo,  
quum daret leporem Cyro, insuper dice-  
ret ut ipse suis manibus aperiret, idque  
sine arbitris ficeret.

124. Haec exequuto nuncio, Cyrus  
acceptum leporem rescidit, inventumque  
libellum qui in eo inerat, adeptus legit,  
in haec verba: ‘ O fili Cambyssis, quem  
‘ dii respiciunt; nam aliter nunquam in  
‘ tantum fortunae pervenisses: ulciscere  
‘ nunc Astyagem tuae necis autorem.  
‘ quoniam ex hujus tu quidem studio pe-  
‘ rieras, deorum tamen beneficio et meo  
‘ superstes es. Quae omnia quemadmo-  
‘ dum circa te ipsum gesta sint, opinor te  
‘ olim jam rescivisse: et item, qualia ego  
‘ ab Astyage passus sim, quod te non oc-  
‘ ciderim, sed bubulco tradiderim. Nunc,  
‘ si mihi auscultare vis, omni tu cui A-  
‘ styages imperat regioni imperabis. Quum  
‘ enim Persis ut deficiant persuaseris, ex-  
‘ peditonem adversus Medos suscipe: et  
‘ five ego dux ab Astyage ad tibi occur-  
‘ rendum creatus fuero, adsunt, quae tu  
‘ optes, five aliis quispiam Medorum il-

ρχδ. Ταῦτα δὲ δὴ ὡν ἐπιτελέα ἔγινον καὶ ὁ Κύρος παραλαβὼν τὸν λαγῶν ἀνέσχισε. εὔρων δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐνεόν, λαβὼν ἐπελέγειο. τὰ δὲ γράμματα ἐλεγε τάδε, ‘Ω παῖ Καμβύσεω, σὲ γὰρ ‘Νεοὶ ἐπορῶσι· οὐ γὰρ ἂν κολε ἐσ τοσθ-  
 ‘τον τύχης ἀπίκευ. σὺ νῦν Αἰσυάγεα·  
 ‘τὸν σεωὕτοῦ <sup>ῃ</sup> Φονέα τίσαι. κατὰ μὲν  
 ‘γὰρ τὴν τότε προθυμίην τέθνηκας, τὸ  
 ‘δὲ κατὰ Θεός τε καὶ ἐμὲ περιεῖς. τά σε καὶ  
 ‘πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, σέο  
 ‘τε αὐτῷ πέρι, ὡς ἐπρήχθη, καὶ οἵα ἐγώ  
 ‘ὑπὸ Αἰσυάγεος πέπονθα. ὅτι σε οὐκ  
 ‘ἀπέκλεινα, ἀλλὰ ἐδωκα τῷ βυχόλῳ. σὺ  
 ‘νῦν δὲν βούλη ἐμοὶ πείθεσθαι, τῆς περ  
 ‘Αἰσυάγης ἄρχει χώρης, ταῦτης ἀπά-  
 ‘σης ἄρξεις. Πέρσας γὰρ ἀναπείσας ἀπί-  
 ‘σασθαι, σρατηλάτεε ἐπὶ Μήδας. καὶ  
 ‘δὴ τε ἐγώ ὑπὸ Αἰσυάγεος ἀποδεχθῶ  
 ‘σρατηγὸς ἀντία σευ, ἐσι τὰ <sup>ι</sup> σὺ βού-  
 ‘λεαι, δὴ τε τῶν τις δοκίμων ἄλλος Μή-  
 ‘δικορίστη. <sup>8</sup> ἀπίκενο. <sup>9</sup> τὸν ιωύτην, ιστα; τοι τὰ.

• δων. πρῶτοι γάρ οὗτοι ἀποσάντες ἀπ'·  
 • ἔκεινος, καὶ γενόμενοι πρὸς σέο, Αἰγαίοις  
 • καταιρέειν πειρήσονται. ὡς ὅν ἐτοίμου  
 • τῷ γε ἐνθάδε ἐόντος, ποίεε ταῦτα, καὶ  
 • ποίεε καὶ τάχος·

ρχέ. Ακούσας ταῦτα ὁ Κῦρος ἐφρόντιζε ὅτεῳ τρόπῳ σοφωτάτῳ Πέρσας ἀναπείσαι ἀπίσασθαι. Φροντίζων δὲ, εὐρίσκειν ταῦτα καριώτατα εἶναι· ἐποίεε δὴ ταῦτα. γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλειο, ἀλίην τῶν Περσέων ἐπαύραλο· μετὰ δὲ, ἀναπλύξας τὸ βιβλίον, καὶ ἐπιλεγόμενος ἐφη, Αἰγαίοις μνηστητοῖς Περσέων ἀποδεκτήναι. ‘Νῦν, ἐφη τε λέγων, ὃ Πέρσας, προαγορεύω ὑμῖν, παρεῖναι ἐκαστον· ἔχοντα δρέπανον.’ Κῦρος μὲν ταῦτα προηγόρευσε. ἔστι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ ἀνέπεισε ἀπίσασθαι ἀπὸ Μήδων· ἔστι δὲ τάδε, ἐξ ὅν ὥλλοι πάντες, Αρτεάται, Πέρσαι, Πασαργαΐδαι, Μαραφιοι, Μά-

<sup>a</sup> μακέτον. <sup>b</sup> εὑρεῖν ταῦτα. <sup>c</sup> ιερόν δὲ τάδε. <sup>d</sup> ἄλλοι.

lustrium. Primi enim isti ab illo defici-  
entes, et a te stantes Astyagem cona-  
buntur evertere. Tanquam igitur tibi sit  
quodcumque hic in expedito, ista exe-  
quere, et exequere sine mora.

125. Cyrus, his auditis, considera-  
bat quonam solertissimo modo Persas in-  
duceret ad rebellandum. Cogitando tan-  
dem comperit haec esse maxime apposi-  
ta, ut ita faceret: Scripto libello de iis  
quae volebat, concilium Persarum coë-  
git. Deinde resignato libello atque lecto,  
ducem se inquit Persarum ab Astyage  
esse designatum. ‘Et nunc, ô Persae (ait)  
edico vobis ut praesto mihi sitis cum  
singulis falcibus.’ Hoc Cyrus Persis prae-  
cepit: quorum complura sunt genera. E-  
orum quaedam Cyrus congregavit et ad  
deficiendum a Medis induxit. Sunt au-  
tem haec, ex quibus alii omnes; Artea-  
tac, Persae, Pasargadae, Maraphii, Ma-

spii. Sed horum Pasargadae sunt praestantissimi, in quibus et Achaemenidae sunt sodalitium, unde reges Persidae sunt oriundi. Alii Persae hi sunt, Panthialaei, Derusiae, Germanii: hi quidem omnes aratores. Alii vero, pecuarii, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii.

126. Ubi cuncti adfuerunt habentes quod erat praeceptum; ibi Cyrus jubet locum quendam dumosum (erat enim in Perside is locus circiter octo et decem stadiorum aut viginti) totum prorsus detergent intra diem. Quo labore perfunctis Persis, iterum praecepit in posterum diem ut lauti adsint. Interim coactos in unum caprarum, ovium, boum greges omnes patris sui mactat atque apparat, tanquam Persarum exercitum excepturus vi noque ac cibariis quam lautissimis. Postero die ubi convenerunt Persae, jubet

σπίοι<sup>a</sup>. τύτεων Πασαργάδαι εἰσὶ ἄριστοι  
ἐν τοῖσι καὶ Αχαιμενίδαι εἰσὶ Φήτρη, ἐν-  
θεν οἱ βασιλέες οἱ Περσεῖδαι γεγόνασι. ἄλ-  
λοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Πανθιαλαῖοι, Δη-  
ρυσταιοι, Γερμάνιοι. οὗτοι μὲν πάντες ἀρ-  
τῆρες εἰσι. οἱ δὲ ἄλλοι, νομάδες, Δάοι,  
Μάρδοι, Δροπικοὶ, Σαγάρλιοι.

ρχε<sup>τ</sup>. Ως δὲ παρῆσαν ἀπαντες ἔχοντες  
τὸ προειρημένου, ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος· ἦν γάρ  
τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκαίθιδης ὅσον τε  
ἐπὶ ὀκλιωκαΐδενα σαδίς, ἢ εἴκοσι πάντη  
τῶν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι  
ἐν ημέρῃ. ἐπὶ λελεσάντων δὲ τῶν Περσέων τὸν  
προκείμενον ἀεθλον, δεύτερά σφι προεῖπε,  
ἐσ τὴν ὑσεραίην παρεῖναι λελυμένυς. ἐν δὲ  
τύτῳ τά τε αὐπόλια καὶ τὰς ποίμνιας καὶ  
τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος πάντα τῷ πατρὸς  
συναλίσας ἐσ τῷ τὸ, ἔθυσε<sup>b</sup>, καὶ παρε-  
σκεύαζε ως δεξόμενος<sup>c</sup> τῶν Περσέων τὸν  
σραίον· πρὸς δὲ, οἷνω τε καὶ σιτίοισι ως ἐπι-  
τηδειοτάτοισι. ἀπικομένυς δὲ τῇ ὑσεραίῃ

<sup>a</sup> Μεραφίοι, Μάστοι. <sup>b</sup> ἔθυε. <sup>c</sup> διξιωσόμενος.

τὸς Πέρσας καλακλίνας ἐσ λειμῶνα δ, εὐ-  
ώχεε. ἐπεὶ τε δὲ ἀπὸ δείπνου ἥσαν, εἴρε-  
τό σφεας ὁ Κῦρος, χότερα τὰ τῇ προτε-  
ράῃ εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἰρεῖ-  
τερα· οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων  
τὸ μέσον. τὴν μὲν γὰρ προτέρην ἡμέρην  
πάντα σφι κακὰ ἔχειν, τὴν δὲ τότε παρε-  
ῆσαν, πάντα ἀγαθά. παραλαβὼν δὲ τῷτο τὸ  
ἔπος ὁ Κῦρος παρεγύμνε τὸν πάντα λό-  
γον λέγων, « Ανδρες Πέρσαι, οὗτοι ὑμῖν  
• ἔχετε βουλομένοις μὲν ἐμέο πείθεσθαι,  
• ἔστι τάδε ε τε καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθὰ, ό-  
• δένα πόνον διλοπρεπέα ἔχεσθαι· μὴ βου-  
• λομένοισι δὲ ἐμέο πείθεσθαι, εἰσὶ δὲ ὑμῖν  
• πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι ἀγαρίθ-  
• μητοι. νῦν ὧν ἐμέο πειθόμενοι, γίνεσθε  
• ἐλεύθεροι. αὐτός τε γὰρ δοκέω θείη τύ-  
• χη γεγονὼς, τάδε ἐσ χεῖρας ἀγεσθαι·  
• καὶ ὑμέας ἴγημαι ἀνδρας Μήδων εἶναι οὐ  
• φαυλοτέρους, ότε τἄλλα, ότε τὰ πο-  
• λέμια. ὡς ὧν ἔχόντων ὧδε, ἀπίστασθε  
• λαμπάττες. εἰσι τάδε. μὴ βιλομένοις δι, θεοί.

eos discumbere in prato atque epulari.  
 Deinde coenatos interrogat, utrum pri-  
 dianam an praesentem conditionem praec-  
 optarent. Illis respondentibus, multum  
 esse inter haec duo intervalli : pridianam  
 enim omnia mala habuisse, praesentem  
 vero omnia bona habere : exceptit Cyrus  
 hoc responsum, et omnem rem denuda-  
 vit, inquiens, ‘ Viri Persae, ita res vestrar-  
 ‘ habent : volentibus vobis mihi obtem-  
 ‘ perare, et haec et alia infinita commo-  
 ‘ da sunt sine ullo servili labore : nolenti-  
 ‘ bus vero, innumerabiles, similes hester-  
 ‘ nis, aerumnae. Nunc itaque obtempe-  
 ‘ rando mihi estote liberi. nam et divina  
 ‘ quadam sorte ipse genitus haec bona vi-  
 ‘ deor in manus vestrar adferre, et vos  
 ‘ arbitror viros esse non inferiores Me-  
 ‘ dis, cum in aliis, tum vero in bellicis  
 ‘ rebus. Quae quum ita sint, desciscite

‘ quamprimum ab Astyage.’

127. Persae, ut qui jampridem de-dignarentur parere Medis, naecti ducem, libenter in libertatem vindicabantur. Haec moliri Cyrum Astyages quum accepisset, misso nuncio eum arcessivit. Iste nunci-um jubet renunciare, se ad illum prius venturum quam Astyages ipse velit. His auditis, Astyages Medos cunctos armat, hisque utpote lymphatus Harpagum prae-ficit, oblitus eorum quae illi fecisset. Com-parato exercitu, ubi Medorum copiae cum Persicis proelium conseruerunt, qui-cunque eorum consilii erant expertes, proeliabantur; alii vero ad Persas trans-ibant. Plerique de industria ignaviter a-gebant, fugiebantque.

128. Dilapso turpiter Medico exer-citu, Astyages ut primum rem cognovit, minitans Cyro, inquit, ‘ Ne sic quidem

· ἀπ' Ασυάγεος τὴν ταχίσην.

ρχζ. Πέρσαι μέν νυν προσάτεω ἐπιλαβόμενοι, ἄσμενοι ἐλευθερῶντο, καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων ἀρχεσθαι. Ασυάγης δὲ ὡς ἐπύθειο Κῦρον πρήσοντα ταῦτα, πέμψας ἄγγελον ἐκάλεε αὐτόν. ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευε τὸν ἄγγελον ἀπαγγέλλειν ὅτι πρότερον ἦξοι παρ' ἐκεῖνον ἡ αὐτὸς Ασυάγης βιλήσειαι. ἀκόσας δὲ ταῦτα ὁ Ασυάγης, Μῆδος τε ὥπλισε πάντας, καὶ σρατηγὸν αὐτῶν<sup>a</sup>, ὡς τε Νεοβλαβῆς ἐών, ἀπέδεξε<sup>b</sup> "Αρπαγον, λήθην ποιεύμενος τάμνιν ἔόργεε. ὡς δὲ οἱ Μῆδοι σρατευσάμενοι τοῖσι Πέρσησι συνέμισγον, οἵ μέν τινες αὐτῶν<sup>c</sup> ἐμάχοντο, ὅσοι μὴ τῷ λόγῳ μετέχοντο· οἱ δὲ αὐτομόλεον πρὸς τὰς<sup>d</sup> Πέρσας, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεον τε καὶ ἐφευγον.

ρκή. Διαλυθέντος δὲ τῷ Μηδικῷ σρατεύματος αὐχρῶς, ὡς ἐπύθετο τάχισα ὁ Ασυάγης, ἕφη, ἀπειλέων τῷ Κύρῳ, 'Αλλ'

<sup>a</sup> αὐτίως vel αὐτίῃ. <sup>b</sup> ἀπίδεξε. <sup>c</sup> αὐτίου. <sup>d</sup> περὶ τὰς.

• ἔδι' ὡς ὁ Κῦρος γε χαιρήσει.' τοσαῦτα  
εἴπας, πρῶτον μὲν τῶν μάγων τὸς ὄντος  
ροπόλις, οἵ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν  
Κῦρον, τάττες ἀνεσκολόπισε. μετὰ δὲ, ὡς  
πλισε τὸς ὑπολειφθέντας τῶν Μήδων ἐν  
τῷ ἀστεῖ, νέκες τε καὶ πρεσβύτας ἀνδρας. ἐξ  
αγαγὼν δὲ τάττες, καὶ συμβαλὼν τοῖσι Πέρη-  
σησι, ἐσώθη καὶ αὐτός τε Ασυάγης ἐζω-  
γρίθη, καὶ τὸς ἐζήγαγε τῶν Μήδων ἀπέ-  
βαλε.

ρχθ'. Εόντι δὲ αὐχμαλώτῳ τῷ Ασυά-  
γῃ προσὰς ὁ "Αρπαγος καλέχαιρε τε καὶ  
χατεκερτόμεε. καὶ ἄλλα λέγων ἐσ αὐτὸν  
Συμαλγέα ἐπεα· καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν πρὸς  
τὸ ἐωὕτῳ δεῖπνον, τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τῷ  
παιδὸς ἐθοίνιε, ὅτι εἴη ή ἐκείνη διλοσύνη  
ἀντὶ τῆς βασιληΐης. ὁ δέ μιν προσιδὼν ἀν-  
τείρειο, εἰ ἐωὕτῳ ποιέειαι τὸ Κύρος ἔργον.  
"Αρπαγος δὲ ἐφη, αὐτὸς γάρ γράψαι, τὸ  
πρῆγμα ἐωὕτῳ <sup>α</sup> δικαίως εἶναι. Ασυάγης  
δέ μιν ἀπέφανε τῷ λόγῳ σκαιότατόν τε καὶ

<sup>α</sup> γράψαι, <sup>β</sup> τὸ πρῆγμα δὲ ἐωὕτῳ

‘Cyrus gaudebit.’ Haec loquutus, ante omnia eos magos somniorum interpretes qui suassissent ipsi Cyrum dimittere, patibulis affigit. Deinde reliquos Medorum qui in urbe erant, adolescentes pariter et senes, armat. Quibus eductis, cum Persis configens fugatur: vivusque ipse capitur, amissis quos eduxerat Medis.

129. Ei captivo astans Harpagus insultavit, eumque dicteriis lacepsivit, cum alia quae animo ejus dolorem darent dicens, tum vero etiam rogavit eum de coena sua, in qua ille ipsum carnibus filii pavisset, quod foret ejus servitus pro regno. Eum intuens Astyages vicissim interrogat numquid suum faceret Cyri opus. Harpagus vero, suum esse dicere, idque merito, quoniam ipse ad Cyrum scripsisset. Tum Astyages eum consilii laevissimum atque iniquissimum omnium hominum demonstravit: laevissimum qui-

dem, quod, si facultas ei aderat ut rex fieret, alteri tribuerit imperium, si modo illa per ipsum gesta essent: iniquissimum vero, quod coenae causa Medos in servitutem redigisset. Si enim oportebat omnino eum comparare alteri regnum, nec sibi habere, justius futurum fuisse Medorum alicui id bonum comparare, quam Persarum. Nunc Medos, qui hujus facinoris affines non extitissent, ex dominis factos esse servos: et Persas qui fuissent antea Medorum servi, nunc dominos evasisse.

130. Hunc in modum Astyages, quum quinque et triginta regnasset annos, regno excidit; ob cuius acerbitatem Medi succubuerunt Persis, centum ac duodecimtriginta annos, omni supra Halym fluviu[m] Asiae dominati, excepto tempore quo Scythae regnaverunt. Eosdem tamen sequenti tempore horum factorum

ἀδικώταλον ἔόντα πάντων ἀνθρώπων· σκαε-  
ότατον μέν γε, εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέας  
γενέσθαι, εἰ δὴ δὶ' ἐωὕτῳ γε ἐπρήχθη <sup>ἢ</sup> τὰ  
παρεόντα, ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος· ἀ-  
δικώταλον δὲ, ὅτι τῷ δείπνῳ εἴνεκε Μῆδους  
κατεδάλωσε. εἰ γάρ δὴ δέον <sup>εἰ</sup> πάντως πε-  
ριθεῖναι ἄλλῳ τέω τὴν βασιληίην, καὶ μὴ  
αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι Μῆδων τέω  
περβαλεῖν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν <sup>ἢ</sup> Πέρσέων.  
νῦν δὲ Μῆδος μὲν, ἀνατίξ τάχτῃς ἔόντας,  
δύλος ἀνὶ δεσποτέων γεγονέναι· Πέρσας  
δὲ, δύλος ἔόντας τοπρὶ Μῆδων, νῦν γεγο-  
νέναι δεσπότας.

ρλ'. Αἰσυάγης μέν νυν βασιλεύσας ἐπ'  
ἔτεα πέντε καὶ τριήκοντα, ὃτῳ τῆς βασι-  
ληίης κατεπαύθη. Μῆδοι δὲ ὑπέκυψαν  
Πέρσησι διὰ τὴν τάχτη πικρότητα, ἄρξαν-  
τες τῆς ἄνω "Αλυος ποταμῷ Ασίης ἐπ'  
ἔτεα τριήκοντα καὶ ἑκατὸν δυῶν δέοντα, πά-  
ρεξ <sup>ἢ</sup> ὅσον οἱ Σκύθαι ἤρχον. ὑσέρω μέντοι  
χρόνῳ μετεμέλησέ τέ σφι ταῦτα πομή-

<sup>ἢ</sup> ἐωὕτῳ ἐπρήχθη. <sup>εἰ</sup> δὲ.

σασι, καὶ ἀπέσησαν ἀπὸ Δαρείου. ἀποσάντες δὲ, ὅπιστα κατειράφθησαν<sup>δ</sup>, μάχην νικηθέντες. τότε δὲ ἐπὶ Ασυάγεος οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπανασάντες τοῖσι Μῆδοισι, ἥρχον τὸ ἀπὸ τούτου τῆς Ασίνης. Ασυάγεα δὲ Κῦρος, κακὸν γέδειν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωὕτῳ, ἐσθὶ ἐτελεύτησε. γὰρ δὴ Κῦρος γενόμενός τε καὶ τραφεῖς, καὶ ἔβασιλευσε, καὶ Κροῖσον ὕστερον τέτων ἀρξαντα ἀδικίης κατειρέψατο, ὡς εἴρηται μοι τοπρότερον. τοῦτον δὲ κατασρεψάμενος, γάτω πάσης τῆς Ασίνης ἥρξε.

ρλα'. Πέρσας δὲ οἶδα νόμοισι τοιοῖσι χρεωμένης. ἀγάλματα μὲν καὶ νηὸς καὶ βωμὸς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ιδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι γάχανθρωποφυέας ἐνόμισαν τὸν θεὸν, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. οἱ δὲ νομίζουσι Διὸν μὲν, ἐπὶ τὰ Ἀγηλότατα τῶν ὄρέων εἰναβαίνοντες, Συσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τὴν γρανοῦ

<sup>δ</sup> κατειράφθησαν. <sup>ε</sup> θρίων.

poenituit, ita ut a Dario defecerint: sed post defectionem proelio vieti, iterum subacti sunt. Tunc autem regnante Astyage Persae cum Cyro quum adversus Medos rebellavissent, deinceps Asiae imperitaverunt. Cyrus nullo alio malo afficiens Astyagem, penes se habuit quoad vita excessit. Ita Cyrus genitus educatusque, regno potitus est. Et post haec Croesum injuriae auctorem subegit, quemadmodum a me superius memoratum est. Quo subacto, ita omnem Asiam adeptus est,

I 31. PORRO ritus quibus utuntur Persae, tales esse comperi. Neque statuas, neque templaque, neque aras ponere et consecrare fas putant, quinimmo hoc facientibus insaniae vituperium inferunt, ob id (ut mea fert opinio) quod non, quemadmodum Graeci, sentiunt deos humanae formae esse. Moris habent, editissimis consensis montibus, Jovi facere sa-

cra, omnem gyrum coeli, Jovem appellantes. Soli lunaeque sacrificant, et telluri, igni, aquae atque ventis: hisque solis sacra faciunt jam inde ab initio. Sed praeterea quoque addidicerunt Uraniae sacrificare, ab Assyriis Arabibusque edociti. Vocant autem Assyrii Venerem Mylitta, Arabes eandem Alitta appellant, Persae vero Mitran.

132. Sacrorum autem ritum circa hos modo dictos deos hunc ex instituto habent Persae, ut sacrificaturi, nec aras erigant, neque ignem incendant, sed neque libamentis utantur, neque tibiis, non infulis, non molis: verum, ut quis horum unicuique sacra facere statuit, in locum mundum victimam ducens, deum illum implorat, myrto maxime cinctam gestans tiaram. Sacrificanti autem, non licet pro se solo privatim vota nuncupare; immo ille communiter universis Persis bene precatur et regi: quippe inter Per-

Δία καλέοντες. Νύσσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν δὴ μούνοισι Νύουσι ἀρχῆθεν. ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ Νύειν, παρά τε Ασυρίων μαθόντες καὶ Αραβίων. καλέοντες δὲ Ασύριοι τὴν Αφροδίτην, Μύλιτλα· Αράβιοι δὲ, Αλίτλα· Πέρσαι δὲ, Μίτραν.

ρλβ'. Θυσίη δὲ τοῖσι Πέρσησι περὶ τὸς εἰρημένης Θεοὺς ἥδε κατεσήκεε. οὔτε βαμψὶ ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίσσι, μέλαντες Νύειν· ἢ σπονδὴ χρέωνται, ὃντὶ αὐλῶ, ἢ σέμιμασι, ὃντὶ βλῆσι. τῶνδε ὡς ἐκάστῳ Νύειν Νέλει, ἐσ χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κῆπον, καλέει τὸν Θεὸν, ἐσεφανωμένος τὸν τιάραν <sup>β</sup> μυρσίνη μάλιστα. ἐωὕτῷ μὲν δὴ τῷ Νύοντι ἴδιῃ μάνω ὃ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶδαι ἀγαθά· ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσησι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι, καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἄπασι Πέρσησι καὶ αὐτὸς γίνεται. ἐπεὰν δὲ διαμυσίλας καὶ

<sup>β</sup> τὸν τιάραν.

μέρεα τὸ ἰρήιον, ἐψήσῃ τὰ κρέα, ὑποπά-  
σας <sup>ε</sup> ποίην ὡς ἀπαλωτάτην, μάλιστα δὲ  
τὸ τρίφυλλον, ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὁν πάν-  
τα κρέα. διαθέντος δὲ αὐτοῦ, μάγος ἀνὴρ  
παρεστεὼς ἐπαείδει Θεογονίην, οἵην δὴ ἔχει-  
ναι λέγεται εἶναι τὴν ἐπαιοδήν. ἄνευ γάρ δὴ  
μάγγα οὐ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι.  
ἐπισχὼν δὲ ὄλιγον χρόνον, ἀποφέρεται ὁ  
θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ὅ, τι μν ὁ λό-  
γος αἰρέει.

ρλγ'. Ἡμέρην δὲ ἀπασέων μάλιστα ἔχει-  
ναι τιμᾶν νομίζεσθαι τῇ ἔκαστος ἐγένετο. ἐν  
ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαι-  
εῖσι προτίθεεσθαι. ἐν τῇ οἱ εὐδαίμονες αὐ-  
τῶν, βέν καὶ ἵππον καὶ κάμηλον καὶ ὄνον  
προτίθεαται ὅλες ὁπτὰς ἐν καρίνοισι· οἱ  
δὲ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τῶν προβά-  
των προτίθεαται. σίτοισι δὲ ὄλιγοισι χρέ-  
ωσθαι, ἐπιφορῆμασι δὲ πολλῷσι, καὶ οὐ κα-  
λέσι <sup>δ</sup>. καὶ διὸ τοῦτο Φασὶ Πέρσαι τοὺς  
“Ελληνας σιτεομένους, πεινῶντας παύ-

<sup>ε</sup> ὀκοπάσας. <sup>δ</sup> καλῶς.

sas omnes et ipse comprehenditur. *Ubi* vero jam in minutis portiones hostiam concidit, carnibus elixis herbam substernit quam mollissimam, maxime trifolium. In hac igitur dispositis omnibus carnibus, magus vir astans, theogoniam accinit. siquidem hanc illi dicunt esse incantationem. Citraque magum illis nullum fit legitimum sacrificium. Brevi spatio interposito ille, qui maestavit, sublatis carnibus utitur in quemcunque usum illi fert animus.

133. Ex omnibus diebus praecipue colendum censent suum quique natalem: unde hoc die plus aliis aequum censent ciborum proponere. Et beatiores, integrum bovem, equum, camelum, asinum, in fornacibus tostos, isto die proponunt; pauperes vero eorum ex ovibus tenuiores proponunt. Cibis autem utuntur paucis, bellariis multis, neque iis admodum bonis. Hinc est quod Persae dicunt, Grae-

cos in vescendo desinere esurire, quoniam ipsis a coena adferatur nihil pretii ullius, et siquid adfertur non desinere edere. Vino largius adhaerent. Eisdem nec vomere nec urinam facere coram alio licet: quae nunc quidem ita observantur. Potu impletij de rebus maxime seriis consultare consueverunt: quod autem placuerit ipsis consultantibus, id postera die sobriis proponit is qui aedibus illis in quibus forte consultatur praeest: et, si placuerit etiam sobriis, utuntur ipso; sin minus, deserunt. etiam de quibus jejuni ante deliberaverunt, de eisdem poti insuper cognoscunt.

I 34. Quum in via invicem sibi occurrunt, ex hoc quis cognoscat an pares sint: nam salutationis loco mutuo ora osculantur. quod si alter fuerit inferior paulo, malas osculantur: sin autem alter fuerit multo ignobilior, prostratus adorat alterum. In primis autem illos observant

δαι, ὅτι σφι ἀπὸ δείπνου παραφορέεται οὐδὲν λόγου ἄξιον· εἰ δέ τι παραφέροιτο, ἐσθίοντας ἀν τὸ πάνεσθαι. οἶνω δὲ κάρτα προσκέαται· καὶ σφι ὡκέ μέσαι ἔζεστι, οὐκὶ ψρῆσαι ἀντίον ἄλλ8. ταῦτα μέν νυν ὅτῳ Φυλάσσεται. μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπεδαιέσατα εἰ τῶν πρηγμάτων· τὸ δὲ ἀν ἄδη σφι βυλευομένοισι, τύτο τῇ ὑσεραίῃ μήφουσι προτιθεῖ ὁ σέγαρχος, ἐν τῷ ἀν ἔόντες βουλεύωνται. καὶ ἦν μὲν ἄδη καὶ νήφοις, χρέωνται αὐτέω· ἦν δὲ μὴ ἄδη, μετιεῖσι. τὰ δὲ ἀν μήφοντες προβλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγωγούσι.

ρλδ'. Οἱ συντυγχάνοντες <sup>γ</sup> δὲ ἄλλήλοισι ἐν τῇσι ὅδοῖσι, τῷδε ἀν τισ διαγνοίη εἰ ὅμοιοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες. ἀντὶ γὰρ τῷ προσαγορεύειν ἄλλήλας Φιλέσσι τοῖσι σόμασι. ἦν δὲ ἡ οὔτερος ὑποδεέσερος ὀλίγω, τὰς παρειὰς Φιλέονται· ἦν δὲ πολλῷ ἡ οὔτερος ἀγεννέσερος, προσπίπτων προσ-  
<sup>ε</sup> σπεδαιότακ. <sup>γ</sup> Επιγχάνοντες.

κυνέει τὸν ἔτερον. τιμῶσι δὲ ἐκ πάντων τοὺς ἄγχιστα ἐωὕτων οἰκέοντας, μετά γε ἐωὕτους· δεύτερα δὲ, τὰς δευτέρους· μετά δὲ, κατὰ λόγον προβαίνοντες τιμῶσι. ἦκιντα δὲ τὰς ἐωὕτων ἐκαστάτω οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται, νομίζοντες ἐωὕτους εἶναι ἀνθρώπων μακρῷ τὰ πάντα ἀρίστους· τὰς δὲ ἄλλους, καὶ λόγον τῷ λεγομένῳ τῆς ἀρετῆς ἀντέχεονται. τὰς δὲ ἐκαστάτω οἰκέοντας ἀπ' ἐωὕτων, κακίσους εἶναν. ἐπὶ δὲ Μήδων ἀρχόντων καὶ ἥρχε τὰ ἔθνεα ἄλληλων, συναπάντων μὲν Μῆδοι, καὶ τῶν ἄγχιστα οἰκεόντων σφίσι· οὗτοι δὲ καὶ τῶν ὁμύρων· οἱ δὲ, μάλα τῶν ἔχομένων. καὶ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ οἱ Πέρσαι τιμῶσι. προέβαντε γάρ δὴ τὸ ἔθνος ἀρχοντες τε καὶ ἐπιτροπεῦον.

ρλέ. Ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσιεῖνται ἀνδρῶν μάλιστα. καὶ γάρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἑαδῆτα νομίσαντες τῆς ἐωὕτων εἶναι καλλίω, Φορέεσσι, καὶ ἐσ τὰς πολέμους, τὰς

reverenter qui proxime habitant, attamen post seipsoſ: ſecundas tribuunt iis qui a primis proximi: atque ſic deinceps ut ratio diſtat, progredientes; minime autem honorant longiſſime ab ſe habitantes. Sic enim existimant, ſe hominum omnia longe optimos eſſe: alioſ vero, prout ſuadet ratio, haſtenus ut dicatur, virtutem uſurpare. Qui autem remotiſſimi ab iſiſ viuant, eſſe peſſimoſ. Sub Mediſ imperium obtinentibus, nationes quoque ſibi imperitabant: omnibus quidem ſimul preeferant Medi et iis, qui proxime iſoſ viuebant; iſli autem etiam viciniſ; illi maxi- me affinibus. Ad eandem etiam rationem Perſae colunt. Quae gens imperitans et quaſi tutelam gerens, late progreſſa fuit.

135. Externos autem mores Perſae faciliſſimi hominum admittunt. nam et Medicam veftem propriā elegantiorem arbitran-tes, geſtant: et in pugniſ utuntur

thoracibus Aegyptiis. Quin voluptatibus etiam omnis generis quas rescire potuerunt, frui student. A Graecis edocti, pueros miscentur. Unusquisque eorum virginis multas dicit uxores; sed multo plures pallacas habent.

136. Virilis praestantia haec declaratur post bellicam fortitudinem, si quis numerosam subolem procreaverit: et illi qui liberos plurimos ostenderit, rex singulis annis munera mittit. Quod multum est, credunt robustum esse. Liberos suos, a quinto anno incipientes usque ad vicesimum, tribus duntaxat instituunt, equitare, sagittare et vera loqui. Ante quinquennium filius in conspectum patri non venit, sed apud feminas degit. Quod ea gratia sic fit, ut si inter nutrimenta decedat, nullam patri afferat molestiam.

Αρχυπτίς θώρηκας<sup>a</sup>. καὶ εὐπαθείας τε παντοδαπάς πυνθανόμενοι ἐπιτηδεύςσι, καὶ δὴ καὶ ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, πασὶ μίσγονται. γαμέτσι δὲ ἔκαστος αὐτέων<sup>b</sup> πολλὰς μὲν κυριδίας<sup>c</sup> γυναικας, πολλῷ δὲ ἐτι πλεῦνας παλλακὰς κλῶνται.

φλεστέρας<sup>d</sup>. Ανδραγαθίη δὲ αὕτη ἀποδέδειλαι, μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλὺς ἀποδέξῃ παιδας. τῷ δὲ τοὺς πλείσους ἀποδεκνύντι, δῶρα ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος. τὸ πολλὸν δὲ ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι. παιδεύουσι δὲ τοὺς παιδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι, μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μῆνα, ἵππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. πρὶν δὲ ἡ πενταέτης γένηται, ὅπου ἀπικνέεται ἐσ ὄψιν τῷ πατρὶ, ἀλλὰ παρὰ τῇσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. τοῦδε εἴνεκα τῷτο οὕτω ποιέεται<sup>e</sup>, ἵνα ἡνὶ ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίαν ἀσημάτῳ<sup>f</sup> πατρὶ προσβάλλῃ.

<sup>a</sup> θώρηκας. <sup>b</sup> αὐτῶν. <sup>c</sup> κυριδίας. <sup>d</sup> τῷτο κοιτάται. <sup>e</sup> μηδεμίᾳ  
ἀσημάτῳ τῷ.

ρλζ''. Αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν γόμον· αἰνέω δὲ καὶ τόνδε, τὸ μὴ μῆτις αὐτίνος εἴνεται μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἐώütōū οίκετέων ἐπὶ μῆτις αὐτίνη ἀνήκεσον πάθος ἔρδειν. ἀλλὰ λογισάμενος ἡνίκα πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἔόντα τῶν ὑπεργυμάτων, οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται ἀποκλεῖναι δὲ οὐδένα καὶ λέγουσι τὸν ἐώütην πατέρα, οὐδὲ μητέρα <sup>a</sup>. ἀλλὰ ὅκόσα ἥδη τοιαῦτα ἐγένετο, πᾶσαν ἀνάγκην Φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευρεθῆναι <sup>b</sup> τοι οὐτοῖς ὑποβολμαῖα ἔόντα, <sup>c</sup> μορχίδια. οὐ γὰρ δή Φασι οίκος <sup>b</sup> εἶναι τὸν γε ἀληθέως <sup>c</sup> τοκέα ὑπὸ τῆς ἐώütης παιδὸς ἀποθνήσκεν.

ρλη''. "Ασα <sup>d</sup> δέ σφι ποιέειν γάρ ἔξεστι, ταῦτα γάρ δέ λέγειν ἔξεστι. αἴσχισον δὲ αὐτοῖσι τὸ φεύδεαται νενόμισσαι. δεύτερα δέ, τὸ ὄφείλειν χρέος πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἴνεται, μάλιστα δὲ ἀναγκαῖην Φασὶ

<sup>a</sup> πετίρα <sup>b</sup> μητίρα. <sup>c</sup> ἀληθέας. <sup>d</sup> ὄκισσα.

137. Evidem hunc morem laudo:  
laudo item illum, ne ob unam tantum  
culpam liceat vel ipsi regi occidere quem-  
piam, neque cuiquam aliorum Persarum  
atrocious aliquid in familiam suam consu-  
lere ob unum solum delictum: sed expen-  
dere jubetur quisque, si plura ac majora  
comperiat esse delicta quam obsequia, tum  
demum ira utatur. Suum autem patrem  
aut matrem ajunt a nemine unquam fu-  
isse occisos: verum quotquot talia forte  
acciderunt, dicunt omnino necessum esse,  
ut bene hi excusssi tandem deprehensi fu-  
erint aut subditicii, aut spurii. Quippe ve-  
risimile nequaquam videri ajunt, ut is  
qui verus parens sit, a proprio filio in-  
terimatur.

138. Quaecunque illis facere non li-  
cet, ea nec dicere. Turpissimum apud  
eos ducitur, mentiri: secundo loco, aes  
alienum debere, cum ob alias multas cauf-

sas, tum maxime quod necessum esse trādant eundem qui debet, mendacio quoque obnoxium esse. Siquis e civibus lepra aut vitiligine infectus fit, hic in civitatem non accedit, neque cum aliis Persis consuetudinem habet. Dicunt enim hos morbos illi immisso, quod in solem peccaverit. Externum vero qui iisdem correp-tus fuerit, e regione sua multi exigunt: prout etiam albas columbas ob eandem caussam. In flumen nec immeūunt, nec inspuunt, nec manus abluunt, nec alium ista facientem negligunt, sed flumina religiosissime colunt.

139. Hoc quoque Persis accidit peculiare, quod quanquam illos lateat, nobis tamen minime est obscurum: nempe quaecunque apud illos nomina vel corporibus vel magnificentiae sunt similia, ea omnia in eadem terminari littera, quam Dorienses san appellant, Iones sigma. Et, si animadvertis attentius, deprehendes

εῖναι, τὸν ὄφείλοντα καὶ τι φεῦδος λέγειν.  
 ὃς ἂν δὲ τῶν ἀσῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ ε,  
 ἐς πόλιν οὗτος ψ κατέρχεται, ψδὲ συμμίσ-  
 γεται τοῖσι ἄλλοισι Πέρσησι. Φασὶ δέ μι  
 ἐς τὸν ἥλιον ἀμαρτόνιά τι, ταῦτ' ἔχειν.  
 ξεῖνον δὲ πάντα, τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ<sup>c</sup>  
 τυτέων, πολλοὶ ἔξελαίνουσι ἐκ τῆς χώ-  
 ρης· καὶ τὰς λευκὰς περιτερὰς, τὴν αὐ-  
 τὴν αὐτίνην ἐπιφέροντες. ἐς ποταμὸν δὲ οὐ-  
 τε ἐνυρέασι, οὔτε ἐμπλύσι, ψ χεῖρας ἐνα-  
 πονίζονται, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορῶσι f,  
 ἄλλὰ σέβονται ποταμὸς μάλιστα g.

ρλθ'. Καὶ τόδε ἄλλό σφι ὡδε συμ-  
 πέπλωκε γίνεσθαι, τὸ Πέρσας μὲν αὐτὸς  
 λέληθε, ήμέας μέν τοι οὐ h. τὰ ψνόματά  
 σφι ἔοντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγα-  
 λοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τῷτὸ  
 γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν σὰν καλέασι, Ι-  
 ωνες δὲ σίγμα. ἐς τῦτο διζήμενος εὑρήσεις  
 τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα,

εἰχει. f ὑδὲ ἄλλο τι ὑδὲν ποιεῖσι. g ποταμὸς τῶν πάντων μάλιστα. h ήμέας δὲ οὐ.

## 310 ΚΛΕΙΩ. Α.

οὐ τὰ μὲν, τὰ δὲ οὐ, ἀλλὰ πάντα δι-  
μοίως.

εμόν. Ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ  
αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. τάδε μέντοι ὡς κρι-  
πλόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ  
ἀποθανόντος· ὡς δὲ πρότερον θάπιεται ἀν-  
δρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπὸ ὄρνθος  
ἢ κυνὸς ἐλκυθῆναι· μάγους μὲν γὰρ ἀ-  
τρεκέως οἶδα ταῦτα ποιέοντας· ἐμφανέ-  
ως γὰρ δὴ ποιεῦσι. κατακηρώσαντες δὴ ὡς  
τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. μάγοι  
δὲ κεχωρίδαται πολλὸν τῶν τε ἄλλων  
ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἐν Αἴγυπτῳ ἱρέων.  
οἱ μὲν γὰρ ἀγνεύστι ἐμψυχον μηδὲν κτεί-  
νειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι· οἱ δὲ δὴ μάγοι  
αὐτοχειρὶ πάντα, πλὴν κυνὸς καὶ ἀν-  
θρώπου, κτείνοσι. καὶ ἀγώνισμα τῦτο μέ-  
γα ποιεῦνται, κτείνοντες δρυόις μύρμη-  
κας τε καὶ ὄφεις, καὶ τἄλλα ἐρπεῖται καὶ  
πετεινά. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τύτῳ ἐ-  
χέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίαθη. ἀνειμι δὲ

<sup>εἰλκυθῆ.</sup>

nomina Persarum non quaedam, sed omnia similiter claudi.

140. Evidem haec probe sciens de Persis possum indubitarò affirmare. nihilominus ista tanquam abscondita referuntur, neque perinde certo, nempe de mortuo: cadaver defuncti Persae non prius humatur quam aut ab alite aut cane tractum sit. Magos enim quidem certe scio haec factitare: quippe in aperto faciunt. Persae igitur cadaver postquam certa obleverunt terra condunt. Magi vero multum cum ab aliis hominibus, tum a sacerdotibus Aegyptiis differunt. Siquidem hi puros se et castos statuunt, si nullum animal occiderint praeter ea duntaxat quae immolant: Magi suis ipsorum manibus, excepto cane atque homine, quidvis occidunt; immo hoc palmarii loco ducunt, si pari modo formicas serpentesque, et alias reptilia atque volatilia necaverint. Atque de hoc quidem ritu hunc in modum dio-

tum sit, prout omnino constitutus est: nos ad priorem narrationem recurrimus.

141. PORRO Iones atque Aeolenses, postquam Lydi ab Persis subversi sunt, celerrime legatos Sardes miserunt ad Cyrum, volentes iisdem conditionibus parere Cyro, quibus etiam paruerant Croeso. Verum Cyrus auditis quae proferebant, tali narratione eis respondit; Tibicinem inquiens quendam ubi pisces in mari conspexisset, canere tibia, existimantem eos in terram egressuros: at spe sua frustratum, sumpto verriculo, et ingentem piscium vim complexum esse, et extraxisse; et quum palpitantes cerneret, utique dixisse ipsum piscibus, ‘Temperate mihi a saltando, quando non libuit yobis me canente egredi saltando.’ Hanc narrationem Cyrus Ionibus Aeolensibusque ideo dixit, quod Iones prius ipso Cyro per legatos petente ut a Croeso deficerent, refusayerant: ac tum demum, rebus perfec-

ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον.

ρμά'. Ιωνες δὲ καὶ Αἰολέες, ὡς οἱ Αυδοὶ τάχισα κατεσφέφατο ὑπὸ Περσέων, ἐπειπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις παρὰ Κῦρον; ἔθέλουσες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι ἔιναι τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἥσαν κατήκοοι. ὁ δὲ, ἀκούσας αὐτέων τὰ προέχοντο, ἔλεξέ σφι λόγον, ἄνθρα φάσ αὐλητὴν ἴδοντα ἵχθυς ἐν τῇ Θαλάσσῃ, αὐλέσιν, δοκέοντά σφεας ἐξελεύσεασ εἶναι· ἐπει γῆν· ως δὲ Φευαδῆναι τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβλητον, καὶ περιβαλεῖν τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἵχθύων καὶ ἐξειρύσαι. ἴδοντα δὲ παλλομένυς, εἰπεῖν ἄρα αὐτὸν πρὸς τοὺς ἵχθυς, ‘Παύεσθέ μοι ὄρχεός μενοι, ἐπεὶ γάρ ἐμέο αὐλέοντος ἥθελετε· ἐκβαίνειν ὄρχεόμενοι.’ Κῦρος μὲν τῷτοι τὸν λόγον τοῖσι Ιωσὶ καὶ τοῖσι Αἰολεῦσι τῶνδε εἴνεκα ἔλεξε, ὅτι δὴ οἱ Ιωνες πρότερον αὐτῷ Κύρου διηθέντος δι' ἀγγέλων ἢ ἀπίστασθαι σφεας ἀπὸ Κροίσου, οὐκ ἐπειδούντο· τότε δὲ καλεργασμένων τῶν πρητῶν.

<sup>β</sup>αγγέλου.

μάτων, ἦσαν ἐτοῖμοι πείθεσθαι Κύρῳ. ὁ  
μὲν δὴ, ὅργη ἔχόμενος, ἐλευθέρη σφι τάδε.  
Ιωνες δὲ ὡς ἕκουσαν τούτων ἀνενεγχθέν-  
των <sup>β</sup> ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιε-  
βάλλοντο ἔκαστοι, καὶ συνελέγοντο ἐς Πα-  
νιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων· πρὸς μά-  
νους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσα-  
το, ἐπ' οἵστιπερ δὲ Λυδός. τοῖσι δὲ λα-  
ποῖσι Ιωσὶ ἐδοξεῖ κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγ-  
γέλους ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ιωσὶ τι-  
μωρέειν.

ριβ'. Οἱ δὲ Ιωνες οὗτοι, τῶν καὶ τὸ  
Πανιώνιον ἐστι, τῷ μὲν ὥρανθ, καὶ τῶν οὐ-  
ρέων <sup>γ</sup> ἐν τῷ καλλίσῳ ἐτύγχανον ιδρυσά-  
μενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡ-  
μεῖς ἴδμεν. οὔτε γὰρ τὰ ἄνω αὐτῆς χω-  
ρία τῷ τὸ ποιέει τῇ Ιωνίῃ <sup>δ</sup>, οὔτε τὰ  
κάτω, ὅτε τὰ πρὸς τὴν ἡῶ, ὅτε τὰ πρὸς  
τὴν ἐσπέρην· τὰ μὲν, ὑπὸ τοῦ φυχροῦ  
τε καὶ ὑγροῦ πιεζόμενα, τὰ δὲ, ὑπὸ τοῦ  
θερμοῦ τε καὶ <sup>ε</sup> αὐχμώδεος. γλῶσσαν δὲ

<sup>β</sup> ἀναπλεύσις. <sup>γ</sup> φίνη. <sup>δ</sup> τῷτε ἵστιντο Ιωνίη. <sup>ε</sup> θερμῇ δ.

nis, parati essent Cyro imperata facere. Sic quidem ille ira commotus, hoc responsum eis dedit. Iones his auditis, quum ad suas civitates ea relata essent, tum moenia communiant singuli, tum congregabantur in Panionium alii omnes, praeter Milesios. quippe cum his solis foedus inierat Cyrus, iisdem conditionibus quibus et Lydus. Porro reliqui Iones communione decreverunt legatos Spartam mittente, qui rogarent Ionibus auxilio venire.

142. Iones vero illi ad quos Panionium quoque pertinet, urbes habent cum coeli bonitate, tum montium commoditate pulcherrime sitas prae omnibus gentibus quas nos novimus, adeo ut neque superior regio, neque inferior, neque ea quae in orientem nec quae in occidentem vergit plaga, Ioniam hac in parte aemulari possit. Siquidem haec vel frigore vel aquis premitur : illa rursus calore ac

Situ squalet. Lingua utuntur non eadem, sed quatuor derivationum modis. Milesius, prima earum urbs ad meridiem jacet. Post hanc Myus et Priene: hae in Caria sitae sunt, eadem inter se lingua utentes. Illae vero in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenae, Phocaea, quae cum jam dictis urbibus, quantum ad linguam attinet, nullo genere conveniunt, inter se tamen eadem sonant lingua. Reliquae sunt tres urbes Ionicae, quarum duae insulas habitant, Samum et Chium; una in continentis sita, Erythrae. Ex his Chii et Erythraei eandem sermonis proprietatem exercent: Samii vero ab his discrepantes, propriam quandam receperunt loquendi formam. Atque hunc in modum quatuor omnino linguarum sunt proprietates.

I 43. Ac horum Ionum Milesii erant qui in obtegendo metu foedus pepigerant. Insularibus autem horum nihil-

οὐ τὴν αὐτὴν οὖτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας <sup>a</sup> παραγωγέων. Μίλητος μὲν αὐτέων <sup>b</sup> πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, Μυός τε καὶ Πρήνην αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναι σφι. αὗδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Εφεσος, Κολοφῶν, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναί, Φώκαια. αὗται δὲ αἱ πόλιες τῆσι πρότερον λεχθεῖσαι ὅμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν, σφίσι δὲ <sup>c</sup> ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ιάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χῖον· ή δὲ μία ἐν τῇ ἡπείρῳ ἴδρυται, Ερυθραῖ. Χῖοι μέν τυν καὶ Ερυθραῖοι κατὰ τῷτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ' ἐωὕτων μοῦνοι. οὖτοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες <sup>d</sup> γίνονται.

ρηγ'. Τέτων δὴ ὦν τῶν Ιώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἥσαν ἐν σκέπῃ τοῦ Φόβου ὄρκιον <sup>e</sup> ποιησάμενοι· τοῖσι δὲ αὐτῶν <sup>f</sup> νησικάριοις. <sup>a</sup> τίσσερας. <sup>b</sup> αὐτῶν. <sup>c</sup> σφὶ δι. <sup>d</sup> τίσσερες. <sup>e</sup> ὄρκια. <sup>f</sup> εκύτια.

τησι ἦν δεινὸν οὐδέν. οὔτε γὰρ Φοίνικες ἢ-  
σάν κω Περσέων κατήκοοι, οὔτε αὐτοὶ οἱ  
Πέρσαι ναυβάται. ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ  
τῶν ἄλλων Ιώνων οὗτοι κατ' ἄλλο μὲν  
οὐδὲν, ἀσθενέος δὲ ἔόντος τοῦ παντὸς τό-  
τε Ἐλληνικῆς γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀσθε-  
νέσατον τῶν ἐθνέων τὸ Ιωνικὸν, καὶ λό-  
γου ἐλαχίσου. ὅτι γὰρ μὴ Αἰθηναὶ, ἷμ  
οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. οἱ μέν νυν  
ἄλλαι Ιωνες καὶ Αἰθηναῖς ἐφυγον τούτο-  
μα, οὐ βιλόμενοι Ιωνες κεκλησθαι. ἀλλὰ  
καὶ νῦν Φαίνονται μοι οἱ πολλοὶ αὐτῶν <sup>α</sup>  
ἐπαυχύνεοθαι τῷ ὄνοματι· αἱ δὲ δυάδεκα  
πόλιες αὗται τῷ τε οὐνόματι ἥγαλλοντο  
καὶ ἵρὸν ἰδρύσαντο, ἐπὶ σφέων αὐτέων τῷ  
οὖνομα <sup>β</sup> ἐθεῖλο Πανιώνιον· ἐβολεύσαντο δὲ  
αὐτῷ μελαδῶναι μηδαμοῖσι ἄλλοισι Ιώνων.  
Ἄλλος ἐδεήθησαν δὲ θάρμοὶ μελαχεῖν, ὅτι μὴ  
Σμυρναῖς.

εμδ'. Κατάπερ οἱ ἐκ τῆς Πενταπό-  
λεως νῦν χώρης Δωρίεες, πρότερον δὲ <sup>α</sup> Εξα-  
<sup>β</sup> αντίστησαν, <sup>γ</sup> ιστίτε σρίν πότιμον τύμονα,

dum gravius fuit metuendum, quod Per-  
sis Phoenices nondum essent subjecti, et  
ipsi Persae navalem usum non haberent.  
Porro hi non aliam ob caussam ab Ioni-  
bus erant resecti, quam quod cum imbe-  
cilles essent omnes alii Graeci, tum Io-  
nes oppido quam infirmissimi, et minimi  
momenti. Siquidem praeter unas Athe-  
nas, nulla urbs alia insignis erat. unde  
alii Iones et Athenienses, Ionum nomen  
refugerant, nollentes appellare Iones.  
Quinetiam nunc plerosque ex illis appa-  
ret nominis istius pudere. Ceterum duo-  
decim istae civitates nomine ipso gloria-  
bantur, et fanum construxerunt, cui suum  
iporum nomen posuerunt Panionium ;  
cujus nullos alios Ionas participes facere  
decreverant : nec erant qui postularent  
participes fieri, nisi Smyrnaei.

I. 44. Tale quippiam Doriensibus ac-  
cidit qui Pentapolin nunc regionem in-

